



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

Liber Qvintvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

JOANNIS ALPENI
PRAEPOSITI SANTENSIS
DE
VITA ET REBUS GESTIS
CHRISTOPHORI
BERNARDI
EPISCOPI ET PRINCIPIS
MONASTERIENSIS
LIBER QUINTVS.

ARGUMENTUM.

1. **C**HRISTOPHORUS BERNARDUS
*fundat festos dies, Conversionis S. Pauli. S.
Iosephi. S. Ludgeri.*
2. *Festum SS. Reliquiarum. Et anniversariam sui memo-
riam.*
3. *Postulatur Abbas Corbeiensis. Confirmatur à Pontifice.
Corbeiensem exemptionem vindicat.*
4. *À Cesare Regalia obtinet. Et confirmationem iurium
Corbeiensium.*
5. *Ad Tassij querelam. De violato jure Postarum. Casar
is mandatum exequitur.*
6. *De eo conqueruntur Hamburgenses. Saxonia inferior.
Amstelodamum. Et Ordines Belgij fœderati.*

Nn

7. Prin

7. Princeps responder.
8. Primarium locat lapidem Sacelli arcis Monasterii.
9. Excipitur Corbeia.
10. Cum vicinis isthic Principibus agit. Ingemiscens nis. Multa restaurat.
11. Huxariam visitat. Ecclesiam Catholicis attribuit duci Franciscanos.
12. Electorem Coloniensem. Excipit Monasterij Coesveldia.
13. Fundat Camerarium hereditarium. Primum sessorem nominat Franciscum Guilielmum Barcon de Galen.
14. Prorogatio foederis Rhenani.
15. C. Bernardus recuperanda Borculo intentus. Copante Rege Christianissimo. Brabeckij Legati causa ad Commissarios remissa.
16. C. Bernardus tribus Sacellis primarium lapidem prinit. Epigraphe.
17. Contra Turcam. Suppetias mittit. Preces imperat.
18. Origo litis Friso-Liechtensteiniana. Et Stirpis Frilio Ritbergicæ. Ex venditione materna hereditatis. Lusus Liechtensteinus. Contra Frisum, lite nullius executionem urget.
19. C. Bernardus compositionem suadet. Et assequitur.
20. Contra Frisones morosos. Jussa Cesaris executionum Castellum Dilerianum occupat, & munit. Id agerunt Batavi.
21. Comitia Imperij. Quâ de causâ.
22. C. Bern. Ratisbonam venit. Cuditur Rétuale Principum. Acta Comitij.
23. Batavi immiscunt se causa Liechtensteiniana.

24. C. Bern. repetit Borculoam. Id urget Haga Btabeckius.
25. Coadiuvat Francia Legatus. Remora Golrorum.
26. Sintzendorffius Caesaris Legatus ad Batavos. Tradit litteras potestatis sua.
27. Eiusdem propositio.
28. Cum deputatis negotiatio. Status Belli Hungarici. Motiva suppetiarum.
29. Cur negent auxilia Batavi. Eorundem resolutio. Et responsoria ad Caesarem.
30. Mallingcrotius moritur Ottensteina. Sepelitur Vredene.
31. C. Bern. Director armorum Imperij.
32. Super causâ Liechtensteinianâ transigit Ratisbona. In Westphaliam revertitur.
33. Batavi Castello Dileriano vim parant. Quam Friguetius sistere conatur. Sed frustra.
34. Batavi expugnationem decernunt. Eorum ad C. Bern. epistola.
35. Responsio Principis.
36. Brabeckius Haga cum Frisii de novo contrahit. C. Bernardus mox approbat.
37. Quid in eo mutant Batavi. Dumque desuper Principibus scribunt. Castellum oppugnatur.
38. Indignatio & protestatio Ministri Caesarei.
39. Continuat obsidionem Nassovius. Sub certâ instructione.
40. Monasteriensis desperat liberationem. De variis dolet. Praemittit Legatos in Frisiam.
41. Nassovius Castellum capit. Conditiones deditiois.
42. Frisij pacem pecuniam non solvunt.

43. Exercitus Batavus in Provincias reducitur. *M. Bern.* 62.
Principis Nassovij. 63.
44. Batavorum ad Cesarem epistola. In Christ. Bern. 64.
dum in vectiva.
45. Multis improbat. Friquetius in eam invec- 65.
tit.
46. Christ. Bern. dissimulat. Post ordinatum statum 66.
cessis. In Hungariam tendit.
47. Batavorum ad ipsum litteræ. 67.
48. Suppetia Confederatorum in Hungariâ. Expeti- 68.
Serinij & Hohenloj. Obsidio Canitiæ solvitur.
49. Castra Christianorum & Turcarum. Pugna 69.
S. Gotthardum.
50. Directorum Principum sollicitudo. Progressus Chri- 70.
stianorum.
51. Desiderium prælij pax explet. Pax Romano-Tur- 71.
cica.
52. Multis inorata. Cur à Cesare acceptata. 72.
53. Controversia Erphordiensis. 73.
54. Moguntinus & Monasteriensis, quanti amici. 74.
55. Erphordia subjungatur. Joannis Philippi Electoris 75.
Moguntini laus.
56. C. Bernardus à Cesare donatus. Viennâ discedit. Ex- 76.
cipitur Erphordix. In Patriam redit.
57. Cometa visus. 77.
58. C. Bern. intendit securitati patriæ. 78.
59. Laborat de redintegratione Circuli. Ejusque diti- 79.
torio. Felici successu.
60. Circuli Westphalici mutilatio. Principibus calcar 80.
vindicationis. Contra Batavos.
61. Fluctuat C. Bernardus. Rationes quæ dissuadent. Quæ 80.
persuadent.

62. Consulto Capitulo Cathedrali decernitur, &
 63. Operâ Vredeni pangitur. Fœdus Anglico-Monaste-
 riense.
 64. Christoph. Bern. conscribit exercitum. Varius de
 eo sermo.
 65. Ad querelam Batavorum. Prohibentur in Belgio He-
 spanico delectus.
 66. Batavorum ad Casarem epistola.
 67. Implorant hi Regem Galliarum.
 68. C. Bern. varios ablegat. Frustrâ sollicitat Waldecki-
 um. Et Bournevil'ium.
 69. Creat Archistrategum. Principem Hasso-Hombur-
 gensem.
 70. Rex Gallia adversatur. Succurrit Batavis. Multa
 suspecta habet. Pacem suadet.
 71. Quâ desperatâ C. Bernardus bellum prosequitur.
 72. Causas evulgat.
 73. Easdem significat Casari.
 74. Lustrat exercitum. Legiones. Equestres. Pedestres.
 75. Castra movet. Tubantium invadit. Varias Civitates
 & arces occupat.
 76. Obsidionem plurimum locorum. Dissuadet Senatus mi-
 litaris.
 77. Exercitus ducitur in Ommen. Batavorum responsio
 ad causas belli.
 78. C. Bernardus partem exercitus in Embslandiam du-
 cit. Partem immittit in Drenthiam & agrum Grö-
 ningensem.
 79. Isthic septris. Per paludes Bourtanga. Ingentem pon-
 tem sternit.
 80. Consternatio Batavorum. Eorum fœdus cum Lune-
 burgicis.

81. *Suppetia ex Galliâ. Tardius progrediuntur, & aliantur.* 99.
82. *Gallorum tergiversatio. Molesti sunt Provincia.* 100.
83. *Obsidetur Lochemum. Et occupatur.* 101.
84. *Miles Monasteriensis, in hostico septus. Miri beneficio. Feliciter evadit. In hostem mover.* 102.
85. *Batavi deliberant. De obsidendâ Bucholdiâ, Plio dissuadente. In hybernâ secedunt.* 103.
86. *Neutralitas Clivia. Jesuita pelluntur Embrica.*
87. *Batavi neglectis Lunaburgicis. Prensant fœdus Brandenburgico.*
88. *Belligerantium utrinque industria pro suppetis.*
89. *Suæcia à Batavis averfa.*
90. *Monasteriensium ausus in Brabantia. Et Tractu sano.*
91. *Feliciores in Transsylvaniâ. Casu multis locis Grietzilæ insidiantur.*
92. *Batavorum criminationes. Molestie à suppetis Gallicis.*
93. *Tota ferè Europa de pace sollicita. Urgente cum promiss Brandenburgico. Et Rege Galliarum.*
94. *C. Bernardus eo fine suos ablegat. Clivo-polim. Quas causas docent. Et justitiam presentis belli.*
95. *Partium utrinque obstinatio. Multa stimulant C. Bernardum. Tandem variorum legatione. Pax persuadetur.*
96. *Legatus Anglicus Monasterijs, cum pompâ excepationem bellum urget. Aureis promissis.*
97. *Fluctuante C. Bernardo. Pax conclusa. Quamvis vis ingrata.*
98. *Pax Batavo-Monasteriensis.*

99. *Controversia Brunsvico-Monasteriensis. Ad am-
cam concordiam rejiciuntur.*
100. *Pacis ratificatio. Dimissio militum.*
101. *Conventio Northornana.*
102. *Discursus de hoc bello & pace.*
103. *Pestis Monasterij. Sollicitudo Principis. Qui Cor-
bejam abit. Et imperitè creditus est Anti-Christus.*

Ferdinandus Bavarus, Monasteriensis 1662.
 Antistes, quando sub annum ætatis I.
 hujus trigessimum quintum ipsâ Con-Christ.
 versionis Divi Pauli festâ luce, Rhei-Bernar-
 nam oppidum ex hostium manibus recuperâ- dus fun-
 rat, hunc deinceps Conversionis diem, ceu dat fe-
 Dominicum, in foro & choro, per totam stos dies.
 dicecesin, festum agi voluit. Solennitas ea,
 ab ipsius etiam exordio nascentis Ecclesiæ,
 Patrum concionibus illustrata, paulatim abi-
 erat in defuetudinem. Christophorus Bernar-
 dus beneficiorum memor, quæ tempestate
 præteritâ, in se à DEO largè collata, Divo-
 rum inprimis Tutelarium patrociniò unâ ad-
 scribebat, edictum Prædecessoris innovat, Conver-
 confirmatque; nec contentus solennitatem sionis D.
 hanc, ex mente Ferdinandi, totâ patriâ cole- Pauli.
 brari duntaxat festivam; statuit, ut ad jugem
 gratiarum memoriam, honorémque Patroni,
 in Civitate Monasteriensi, & nunc, & subse-
 cuturâ deinceps annorum serie, quantâ fieri
 potest, solennissimâ devotione peragatur: Ut
 in Divi hujus Basilicâ universus Ecclesiastico-

1662. rum cœtus, sub octavam matutinam congregetur; ut deportandis in supplicatione factis Reliquiis piè intersit; ut solenni missæ sacrificio devotus adsistat. Et quò facilior, promptiorque sit omnium concursus, annum assignat liberale stipendium, quod inter prædictes ad manum distribuatur.

S. Josephi.

Parem Sanctis Josepho & Ludgero decernitur cultum. Opportunè hoc anno in Dominicam quadragenarij jejunij quartam, *Lazarus* incidebat celebritas *Josephina*. Divus hunc quod in extremo agone piorum opitorem testaretur communis fidelium consensus; & ipse agnosceret ejusdem meritis plurimum deberi reductæ nupor, firmataque pacis fructum; post Sponsam ejus Deiparam reliquos, uti suum delegerat, ita & Monasteriensi Ecclesiæ destinaverat Patronum. Ne verò populus festorum dierum numero gravaretur, vel suo sic opifices aut operarii privarentur quæstu, ex Diocesano multorum seculorum usu, autoritate Pontificali editum, ut hac ipsâ in posterum Dominicâ, Festivitas *S. Josephi* eodem, quo *Paulinam* ante ordinaverat, ritu ac liberalitate, eademque in Basilicâ celebraretur.

S. Ludgeri.

Ut autem obsoletam propemodum *Dionysii* *Ludgeri* memoriam, venerationemque animi subditorum rursus instillaret, annuam *Bildrebecke* supplicationem non instituerat modo, sed & suo quotannis exemplo hætenus, ipse

præfens, reddiderat celebriorem. Comparaverat ejus honori tumbam ex argento, millenorum aliquot pretio æstimatam. Ipse *VVerdenam* profectus haud existimavit lædi S. Præfulis voluntatem (qui tametsi in Dicecesi suâ Monasteriensi & oppido *Bilderbecâ*, Anno salutis DCCCIX. die XXVI. Martij, ex hac vitâ emigrâverat, illo tamen loco & quiescere voluit & resurgere) si majoris venerationis causâ ex sacro corpore partem secum asportaret, quam thecæ includeret adedò pretiosæ. Alterâ à resurgente Christo Dominicâ, Boni Pastoris officium Ecclesiæ proponit sacer Evangelij textus. Non potuit opportunior inveniri dies, meritis, vitæque tanti Pontificis & Apostoli deprædicandæ. In hanc igitur ejus transfudit festivitatem, quæ octavo Kalendas Maji hucusque celebrari consueverat; & sicut Paulinam ac Josephinam, ita pari munificentia ac methodo Ludgerianam fundavit, dotavitque.

Quibus autem de causis, & quo modo anniversariam triumphalis in Urbem nuper ingressûs, & sui post obitum memoriam eodem hoc tempore instituerit, ex ipso, quod sequitur, foundationis diplomate penitus cognoscet Lector.

CHRISTOPHORUS BERNARDUS 2.
 DEI & Apostolica sedis gratia Episcopus *Festum*
Monasteriensi, & c. Venerabili Capitulo, & uni-SS. Reli-
 Na 5 verso

1662. verso hujus Diocesis Monasteriensis Clero, al-
 quiarum isq; hoc nostrum diploma visuris, lecturis seu le-
 & anni- gi audituris salutem in Domino. Bonarum
 versari- intentionum & operum authorem esse DEUM,
 am sui - sicut humana fragilitas, propriam considerari
 memo- insufficientiam, debet agnoscere; sic dignum
 riam. est, humili semper, & gratia animi testificatione
 deprecare, eundem esse DEUM, qui, quo-
 rum incitat mentes, eorum etiam adjuvat fru-
 dia, & leto successu coronat actiones. Non quod
 divina Majestas bonorum nostrorum, humani-
 que laudis videatur indiga, sed ut gratiarum
 actiones & beneficia conserventur accepta, &
 alia, atq; alia acceptis adjiciantur. Sane cum
 ad memoriam, non superiorum seculorum mo-
 tus, nec furores Anabaptisticos, sed amorum
 proxime lapsorum nubila & periculosa consilia,
 que sub ductu maleferiatorum & turbulento-
 rum capitum, ex Civibus Civitatis nostra Mo-
 nasteriensis statum totius hujus patrie non tan-
 tum politicum, sed & ipsam religionem Catho-
 licam, apicem omnis, que a DEO expectari po-
 est, dignitatis, in summum discrimen adducere,
 atq; indigna capitis & membrorum separatione,
 aut procurata eorundem collisione mutua, sum-
 mam Regiminis a piissimo Imperatore S. Ca-
 rolo, divino consilio impositam evertere, & ab-
 sterricantibus susurrorum popismis, novum Do-
 minum, vero & vetere discussio, parturiebat.
 Tandem vera bono DEO nubem serenante, se-
 datis moribus, Civitate etiam Monasteriensi, ad
 obe-

obedientiam & submissionem debitam armis reductâ, eum
finem sortita sunt, ut vulgare illud, malum consilium con-
sultori pessimum, etiam in hoc passu deinceps quadrare pos-
sit, nullâ ratione committendum videbatur, ut grati animâ
testimonium, & accepti à DEO, Patronorum Celestium
potenti interventu, beneficii memoria, à nobis desiderare-
tur. Huc spectavit grata mentis Nostra intentio, quando
anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, ipso SS. Re-
liquiarum festo, ingressuri Civitatem Monasteriensem
magnificaturi DEUM in donis suis, & Patronis nostris,
cum processionem solennem toti Patria indiximus, vicinis
etiam à fide verâ, & Ecclesia Romano-Catholicâ alienis
spectandum dedimus; ad quam tum conspirante studio,
tum devoto animo obedientis Cleri, Statuum & Subdito-
rum Nostrorum plenitudo confluit, ut etsi ex unâ quasi
parte faciem letantis S. Ecclesie Monasteriensis videre non
licuisset, ipse tamen confluxus & congregata multitudinis
densitas, uno ore testaretur, illuxisse diem totius Patria
gaudio, maxime autem gratiis Divinae Bonitati agendis, &
tunc & deinceps, recurrente SS. Reliquiarum annuâ so-
lennitate, futuris temporibus ad perpetuam rei memoriam
destinandum & consecrandum. Volentes itaque commu-
ni desiderio satisfacere & memoria posteritatis consulere, de
consilio Venerabilis Capituli Nostrae Cathedralis, diem Do-
minicum antè festum S. Margaritae, Reliquiis sanctorum
jam ab immemoriali tempore in Dicecesi Nostrâ consecra-
tum, anniversaria beneficiorum à DEO, uti praefatum est,
acceptorum recordationi, & solenni ac votivâ gratiarum
actioni destinamus, & subsequituris temporibus, eo ritu &
solennitate per Civitatem & Dicecesin hanc Nostram cele-
brandam decernimus, prout Anno superiore sub dato

XXIV. mensis Junij, diplomate impresso & publicato latine continetur; dictum diploma cum hoc innovantes & confirmantes; eo excepto, quod Curatos & Cleri extranei Canonicos ac Vicarios ad assistendum processioni in Civitate nostrâ Monasteriensi instituta non ducamus cum praedicio cultus divini in posterum obligandos. Quemadmodum autem pietas Christiana laudat & admiratur in eâ gentilitate, quod in gaudiis & festivis conveniunt, producto ad mensam cranio supremi illius fati, cui universitas humana vitæ obnoxia est, memoriam repræsentat. Sic & Nos in noviter hac fundatâ solennitate ac festivitate fati hujus, à quo ad eternitatem tendimus, non immemores esse decuit. Quare volumus & ordinamus, ut prius hujus solennitatis, durante Vitâ Nostrâ, pro animabus Prædecessorum Nostrorum, post Nostrum vero ex hac vita DEO evocante discessum, pro anime nostre refrigerio ad summum altare in Ecclesia Cathedrali, perpetuis in futurum temporibus, missa junctis ex ritu Christiano suffragiis decantetur.

Ut autem apud Ecclesiam Cathedrali, & Civitatem Monasteriensem tam in dictâ processione, quam modo memoratâ memoriâ, devotius ac decentius omnia peragantur, frequentiorq; sit Cleri utriusq; Nobilium Ordinis Equestris, Consulum & Senatus intranei presentia & confusus, distributionem certam, & aequali inter presentes dividendam, ex paratâ pecuniâ in singulos annos ministrandam fundavimus, donavimus & assignavimus, prout fundamus, donamus & assignamus ex redditibus sive proventibus Civitatis Nostræ Monasteriensis accisæ molendinaria (vulgo Mullenstewr) pro medietate in pœnam & satisfactionem nobis acquisita. Quod si autem per Civitatem
Nostram

Nostram Monasteriensem dictarum modo actusiarum re-
 luitio fieret, attento quod eidem ius reluendi reseruatum
 sit, eo casu volumus & ordinamus, ut summa ex reluitio-
 ne resultans & à Nobis acquisita Camera Provinciali erga
 legale interesse concedatur, atq; ex pensionibus inde an-
 nuatim percipiendis fundationi huic omnimodè satisfiat.
 Ordinamus autem cum hoc, ut dictos redditus pecuniarios
 taliter uti dictum est, assignatos & ad stipendii annui di-
 stributionem à nobis deputatos, Executores perpetui, &
 Principatus Nostri Monasteriensis Camerarius Haredita-
 rius familia de Galen, per specialem ad hoc deputatum Re-
 ceptorem exigi, exactosq; à nobis typo, ad hunc actum spe-
 cialiter ordinato, atq; iisdem & Camerario ad hunc finem
 tradito, in auro & argento monetam novam cudi, & ad
 manus infra nominatorum, in processione comparentium,
 per se, vel per alium distribui faciant, juxta ordinatio-
 nem nostram subsequenter. Fiet autem distributio hono-
 raris istius fundationis modo sequenti. Dabuntur qui in
 memoria, pridie Processionis in festo SS. Reliquiarum ce-
 lebranda, presentes fuerint. Reverentiss. & Illustriss. pro
 tempore Episcopo & Principi Monasteriensi Imperiales
 centum, Decano Ecclesie Monasteriensis viginti quatuor
 Imperiales, Prelatis & Canonicis dicta Ecclesie singulis
 duodecim Imperiales, Prelatis Collegiatarum Ecclesiarum
 unus Imperialis; Canonicis singulis dimidius Imperialis,
 Vicariis quarumcunque Ecclesiarum singulis quadrans,
 Cameralibus vero, Custodibus, Choralibus singulis octava
 pars Imperialis. Qui vero in Processione SS. Reliquia-
 rum presentes fuerint, iis dabuntur & quidem Reverentiss.
 & Illustriss. pro tempore Episcopis Principibus Monaste-
 riensibus, Dominis nostris Successoribus, centum Imperia-

les; Decano Cathedralis Ecclesie viginti quatuor Imperiales; Prelatis & Canonicis Ecclesie Cathedralis singulis duodecim Imperiales: Prelatis Collegiatarum Ecclesiarum unus Imperialis, & Canonicis singulis medius Imperialis: Vicariis quarumcunq; Ecclesiarum singulis quadrans; Secretario pro tempore Capituli sex Imperiales; Stipiferis, unicuique duo Imperiales; Campanario summo templi quatuor Imperiales; Cameralibus vero, Custodibus, Choralibus, Ludimagistris octava pars Imperialis prout & Iudici Nostro Civitatis Nostrae Monasteriensis & duobus ejusdem Consilibus, singulis bini Imperiales, singulis vero Senatoribus singuli.

Et quia deinde in Nostris pro communi salute assidue Consiliis, ex Ministris Nostris secularibus, imprimis fidem & utilem operam, Validi, Honorabilium & Doctissimorum Virorum, & Nobis sincerè dilectorum, Bernardi de VVydenbruck, & Alberti Boickhorst, in jure graduatorum, Nostri Consiliarii secretioris ac etiam Capituli Nostrae Cathedralis Syndici, experti sumus, ideoq; unicuiq; eorum in hoc actu presenti quoad vixerint, viginti quatuor Imperiales, post mortem vero dabuntur eorum filio primo genito, sive illo non existente, illorum Nepoti, etiam ex filio nato, earumq; paterno nomine dicto similiter abnepoti, & illis, eorumq; masculis deficientibus, uni fratri & abnepoti, quoad illa familia durabunt. Quae omnia iuxta tenorem & mentem dispositionis Nostrae super officio Camerarii Hereditarii factae distribui & dari jubemus. Quod si tamen quocunq; casu Executores, & Camerarius Noster Hereditarius destinatos ut supra pro presentis redditus, & accisià Molendinaria, vel post eorum relictionem, pensiones ex Camera Provinciali, omni datâ operâ, percipere non possit,

posset, iidem aut nostri, vel eorundem Hæredes ulterius quam ex dictis redditibus accisis Molendinaria, aut pensionibus perceptum sit, nullatenus erunt obligati; & ex aliis mediis seu bonis suis dictas præsentias solvere, adeoq; de aliquâ evictione non tenebuntur. Et quia vel hinc intentionem Nostram satis patere existimamus, reliquum est, ut fructum, quem speramus & optamus, communis omnium oratio apud Misericordem DEUM satagat impetrare: Ut tum in diebus nostris, tum Successorum Nostrorum ille DEUS expugnet impugnantes Nos, munit fidem, evertat subdola insidiantium consilia, multiplicet veram devotionem, augeat pacem, cuius honori votivum & festivum gratis agendis diem toto cordis affectu duximus adscribendum. In cuius rei fidem hæc sigillo Nostro cum manus Nostræ subscriptione munitas dedimus. Quemadmodum & Venerabile Capitulum Nostrum supra insertum tenorem non solum laudavit & approbavit, sed etiam sigillo suo roborari fecit.

Hæc dum Monasterij agebantur, moritur 1662.
ad Visurgim Arnoldus, è nobili Valdoisiorum 3.
gente, Abbas & Princeps Corbejensis. Religi- Postula-
giosi suo jam viduati capite, de novo Præsule tur Ab-
solliciti erant. Et quanquam non defuere, bas Cor-
qui honorificentius fore censebant, si quem è beijensis.
gromio Fratrum ipsi eligerent Abbatem; præpotuit tamen eorum sententia, qui propria conscii tenuitatis, nec potentia incallidi vicinorum, utilitatem, securitatemque Asceterij præhabebant, suadebantque non neminem ex potentioribus orthodoxis Germaniæ Principibus postulandum. Conversi igitur
pru-

1662. prudentiorum oculi in *Christophorum Bernardum*, cæteros facillè omnes in partes suas atraxère. Afflictis ille rebus *Arnoldi*, non semel præstò fuerat, & subactò nuper tantis viribus *Monasterio*, uti potentior, formidabiliorque, ita certantibus plurimorum animis ambiebatur. Hunc igitur unanimi omni consensu Abbatem postulârunt, ut quo *Welfalia* gauderet circularis sui Tractûs Director, *Corbeja* posthac Principem haberet

Confir-
matur à
Pontifice

Protectorem. *Alexander Pontifex* re ad delatâ, comprobatâque Postulatum, ceu perpetuum *Corbejensis* Abbatia Commendatarium, è repente confirmat, jubetque *Joanni Guilielmo Baroni de Sintzig* Præposito *Paderbornensi*, ipse ut à Confirmato excipiat fidei professionem, & quâ ex Urbe mittebatur formâ, jurisjurandi. Aderat is, eo fine evocatus, ante diem decimum tertium Kalendas

Corbeja
priori-
nem vindicat.

Maij in arce *Sassenbergâ*. Jamque dicturus sacramentum *Christophorus Bernardus*, quod in ejus tenore *Corbejensis* Abbatia asseretur. *Dioecesis* esse *Paderbornensis*, præsentem Apostolicum Tabellionem, testesque interpellat, errore scribentium irrepsisse; id credere se ait, ac nolle protestatur fraudi esse liberæ istius Abbatia exemptioni, quæ post Pontificem & Cæsarem, neminem in Orbe agnoscat Superiorem; id tabulis inferri velle præfatus, juxta submissum exemplar proficitur ritu consueto juramentum. Indè & Cæsa-

Cæsareâ Majestate Regalibus pariter donato 1662.
 prima cura fuit, ut Abbatia jura, privilegia- 4.
 que, eâdem simul authoritate confirmarentur: A Cæsa-
 id quòd latiùs docet subnexum diploma. re Rega-

LEOPOLDUS divinâ favente clementiâ ele- lia obti-
 tus Romanorum Imperator semper Augustus ac net.
 Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia,
 Croatia, Sclavonia &c. Rex, Archidux Au-
 stria, Dux Burgundia &c.

Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus Et con-
 & notum facimus tenore presentium universis. firmatio-
 Quod cum nihil magis tum ad Augustalem nem fu-
 amplitudinem, quâ conservandam, quâ extol- rium
 lendam atq; illustrandam, tum ad eterna salu- Corbei-
 tis ac cœlestium gaudiorum premia pro meren- ensium.
 da conducere firmiter credamus, quam cum Ec-
 clestiarum ac DEO dicatarum, divinisq; ob-
 sequiis jugiter deditarum personarum commodis
 benigni volentes intendimus, ac Cæsarei iisdem
 favoris subsidia liberaliter & prolixè indulge-
 mus. Sanè Nobis Venerabilis Christophorus
 Bernardus Episcopus Monasteriensis, Princeps
 devotus Nobis dilectus, submissè exponendum
 curavit à Divo quondam Ferdinando III. Ro-
 manorum Imperatore, Domino Genitore ac Præ-
 decessore Nostro colendissimo, augustissima memo-
 ria &c. Venerabilem Arnoldum Monasterij Cor-
 bejenfis Ordinis S. Benedicti Abbatē jam defun-
 ctum, privilegiorum dicto Monasterio Corbeien-
 si, à Divis olim Romanorum Imperatoribus ac
 Regibus Antecessoribus Nostris concessorum, ul-

timâ die Martij Anni millesimi, sexcentesimi trigefi-
 noni expeditam confirmationem obtinuisse. Et quia No-
 porro suppliciter rogavit, ut cum prædictus Abbas Arnol-
 dus jam vitâ functus sit, & ipse in locum ipsius, omnium
 Capitularium ejusdem Monasterij Religiosorum suffra-
 gis postulatus, atq; à sanctâ Sede Apostolicâ approbatus
 confirmatusq; fuerit Abbas, sibi ac memorato Monasterio
 curæ suæ commisso, aliisq; eidem annexis, videlicet Mep-
 penfi, Hervordienfi, Montis-Martensfi, Groningensfi,
 Visbecensfi, Kemnadsensfi, Scakensfi & Wesensfi, privile-
 gia, libertates, honores, exemptiones, jura, indulta, immu-
 nitates, beneficia, ac gratias, usus, laudabiles consuetudines
 ac concessionem, iisdem conjunctim, vel cuilibet eorum seu-
 sim, per sacratissimâ recordationis Antecessores Nostros
 Augustos Romanos Imperatores ac Reges, nominatim vero
 Ludovicum Pium Caroli Magni filium, fundatorem,
 Conradum I. Conradum II. Henricum III. Henri-
 cum IV. Ottones, Rudolphum I. Fridericos V. &
 nonnullos alios Principes seculares & Dominos, concessas
 concessa, & novissimè per augustissimâ memoria Duce
 Rudolphum II. Matthiam, Ferdinandum II. & III.
 Imperatores, Dominos Agnatos, Avum, Genitorem, &
 Prædecessores Nostros colendissimos, prædicto quondam
 Arnolde defuncto Abbati confirmatos & confirmata, ut
 & munus ac titulum Advocati & Custodis perpetui sacra-
 rum S. Viti Lipsanorum, quo à Conrado II. olim Abbat
 Wiboldus per aureum donationis Casareæ annulum infe-
 gnitus fuit, ex innata Imperiali beneficentia itidem lauda-
 re, approbare, confirmare, innovare & quatenus opus sit,
 de novo atq; integro, & quod sæpèdictum Monasterium
 Corbeiense omnium bonorum suorum, jurium & jurisdic-
 tionum

Etionum in Oppidis, Castris, Villis, præsertim Huxer, cum libertate domorum, & moneta, & omnium iurium ibidem, Beverensis, Haddebergensis, Holtzmunden, Ameluxen, cum terminis, circumstantiis, & circumjacentibus, Voltzen, Kottenberga & aliis Castris, Villis, Nemoribus, atq; aliis rebus, bonisq; ubicunq; locorum existentibus, ad sæpe memoratum Monasterium spectantibus ac pertinentibus in decimis, novalibus, venationibus, & in nemore quoque, quod dicitur Solinge usum venandi (quod vernaculâ Wildtbahn vocatur) cum cæteris ibidem dicti Monasterij iuribus, piscationibus in Wesera, Netha & cæteris fluminibus in Beveren, Solbeka, Tresburg & Volckmarfen, cum iudiciis occultis sive vetitis, atq; aliis iuribus & jurisdictionibus, altâ, mediâ, infimâ, auri & argenti fluentis. nec non super libertate & exemptione Telonij de bonis Monasterij Corbeiensis dandi, facultatem & potestatem redimendi, libereq; impignoratis, ac redemptis utendi, fruendi & possidendi, concedere & ex speciali gratiâ ipsum Monasterium Corbeiense cum prædictis ei commissis & annexis, in Nostram & Sacri Romani Imperij protectionem & defensionem clementer suscipere dignamur.

Nos igitur precibus præfati Episcopi Monasteriensis, uti postulati Abbatis Corbeiensis, utpotè rationi consonis, benignè inclinati, & nullo induciti errore, sed scientes, prudentes atq; animo benè deliberato, sano ac maturo capto consilio, deq; Casaræ nostræ potestatis plenitudine, omnia & singula, privilegia, libertates & exemptiones, jura & indulta, gratias, immunitates, usus, laudabiles consuetudines, & concessionem quascunq; tam per præfatos Romanos Imperatores & Reges, quam alios quoscunq; sæpe-mentio-

nato Monasterio Corbeiensi & suis annexis, ut supra, concessa & concessas, indulta & indultas, prout hæc omnia processerunt, & hætenus introducta sunt, tunc & possidentur, & in presenti tenentur & possidentur, prout in suis capitulis, articulis, clausulis, sententiis, verborum expressibus & punctis plenius designantur, ac si presentibus nominatim ac de verbo ad verbum forent expressa & expresse elementer laudavimus, approbavimus, confirmavimus, ratificavimus, corroboravimus atq; innovavimus, tenore presentium laudamus, approbamus, confirmamus, ratificamus, corroboramus, atq; innovamus & quatenus opus est, de novo atq; integro concedimus & elargimur nec-non eidem postulato Abbati Christophoro Bernardus ejusq; Successoribus, in quantum de jure possumus ac volumus, damus, impertimur ac concedimus facultatem & potestatem quacumq; oppignorata & distracta, pertinentia & spectantia ad ipsum Monasterium redimendi, ac recuperandi, illisq; & illorum usibus (ut præmissum est) utendi, fruendi & potiendi; Porro quo præfatus Abbas Nostræ Casaræ sublimitate uberiore beneficentia commoventi sentiat munus, scientia & autoritate, quibus supra eundem postulatum Abbatem Christophorum Bernardum, ejusq; Conventus ac Monasteria annexa, singulisq; Patres & personas, nec-non subditos cum eorum bonis, rebus corporalibus, sive incorporalibus, & jurisdictionibus altâ, mediâ & Imâ seu bassâ, presentibus & futuris, & Nostram & Sacri Imperij tuitionem, salvamguardiam, defensionem & protectionem assumimus per præsentem Mandantes universis & singulis Electoribus, alijsq; Sacri Romani Imperij Principibus, Ecclesiasticis & secularibus, Archi-Episcopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus.

mitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Balivis, Capitaneis, Vice-Dominis, Praefectis, Capellanis, Universitatibus, Communitatibus, Locum tenentibus, Officialibus, Burgi-Magistris, Judicibus, Consulibus, Civibus et generatim omnibus & singulis Nostris & Sacrae Romani Imperij subditis ac fidelibus dilectis, cujuscunq; status, gradus, ordinis, dignitatis, praesentia & conditionis fuerint, districtè precipiendo, ne praefatum Episcopum Monasteriensem, uti postulatum Abbatem Corbeensem, ejusq; Conventum & Monasteria, eorumq; subditos in confirmatis per Nos privilegiis, juribus, gratiis, libertatibus, immunitatibus, concessionibus & indultis, eorumq; omnium usu ac fructu impediant, molestent, perturbentve, aut impedientibus vel impedire volentibus, auxilium, consilium, aut favorem praestent directè vel indirectè, quovis quasito colore aut pretextu. Nostris tamen et Sacri Imperij juribus in praemissis semper salvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostrae Augustalis laudationis, approbationis, confirmationis, ratificationis, corroborationis, innovationis ac redintegratae concessionis paginam infringere, aut violare, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem secus faxit, is praeter quod gravissimam Nostram indignationem incurret, denotarum Marcarum auri puri, puri, probissimi, ex semisse Imperiali Nostrae Aerae, sive Fisco, ex altero vero semisse injuriam passorum usibus, totiens, quotiens, contraventum fuerit, omni remissionis ac veniae absque spe, pendendarum multam dare jam nunc damnatus esto, harum testimonio litterarum manus Nostrae subscriptione et Sigilli Nostrae Caesarei appensione munitarum. Qua dabantur in Civitate Nostra Vienna, die septimà mensis Junij

1662.

Junij Anno MDCLXII. Regnorum nostrorum Romani quarto, Hungarici septimo, Bohemici sexto. Subscriptio erat. Leopoldus. Et inferius. Vidit Wildericus Baro de Wildendorff. Ad mandatum Sacrae Caesareae Majestatis proprium Joannes Walderode.

Pontificiâ & Caesaris autoritate confirmatus ita Praesul, quanquam jure poterat Abbas, maluit tamen audire solum & nunciari in posterum Corbeiensis Administrationis

5.
Ad Tassifij querelam.

Tassiorum genti, qui Comites olim, nunc Principes appellantur, non parum honeste. Nos, posterique omnes (ut Famiani Straboni verbis utar) hoc nomine debemus, quod aucto per eos, firmatoque transmittendum commercio litterarum, dispositis certa per intervalla, tabelliariorum, cursorumque Stationibus publicum fecerint, obviumque commodum, quod antea rarum ac tantummodum potentiorum non sine magnis impensis proprium fuit. Ut merito ipsi à Caesaribus, atque à Regibus Hispanis, jure, potestateque perpetuos hosce nuncios acceptâ, amplissimam tabelliariorum Praefecturam, soli per Austriacas Provincias & magnam Germaniam partem administrent. Quas haecenus litteras Britannis destinatas Antverpiam prius transferant Batavi, mutatâ per hos dies viâ, novo cujusdam Directoris ingenio, relictis Antverpiae mœnibus, rectâ Slusam & inde Londi-

De violato jure Postarum.

num perferri curant Amstelodamenses. Suar
 id Præfecturæ damnum, fraudemque inter-
 pretatus Tassius, quò vicissim *Amstelodamo*
 Urbi obesset, querelâ usurpatî juris apud Cæ-
 sare[m] instituta obtinuit, ut *jure Postarum*,
 liberalitate Cæsarea in *Tassios* collato, non
 litterarum tantum, sed & itinerantium, mer-
 ciumque vecturam contineri decreverit Im-
 perator; Ejusque effectum commiserit
Gronsveldio Comiti. Is igitur Legatus pro-
 fectus Monasterium, Principem interpellat,
 ut Amstelodamensium Cursores, è Belgio lit-
 teras *Hamburgum* & contra perferentes,
 transitu prohiberet, scorteique viduli, dum
 solum Monasteriense tangerent, prærepti sta-
 tum crederentur nunciis, quos *Tassius* jure suo
 nominasset. Ut Cæsaris voluntati morem
 gerat *Christophorus Bernardus*, actutum man-
 dat, ut properantes *Amstelodamo Hamburgum*
 & vice versa *Hamburgo Amstelodamum*
 Cursores, in via sustantur, & farcinis eorum,
 bulgisque onerentur tabellarij à *Tassio* desi-
 gnati. Ita Tassiani nunc Cursores hinc *Am-*
stelodamum, inde *Hamburgum* pari festinatio-
 ne excurrunt. Quod dum in Principatu
 Monasteriensi feliciter initio succedit, *Erne-*
stus Guilielmus Comes Benthemicus, non mi-
 nore erga Cæsarem reverentia, suo in Comi-
 tatu fieri idem permittit. Factum mirabun-
 di execrantur utrobique Mercatores. Ham-
 burgi dum *Frintzius* Tabellariorum *Tassij*

Cæsaris
manda-
tum.

Exequi-
tur Chri-
stoph,
Bernar-
dus.

1662.

Sub-Præfectus idipsum molitur, & litteras, mercesque seu *Lubecam* seu *Bremam* solum destinare fatagit, orto inter Plebem tumultu vix à vitæ periculo abfuit; debuitque feceritati suæ exorare protectionem Magistratus. A Curforibus namque & aurigis, vectura lecro, quæ potior alimonix pats erat, præ-

6.

De eo
querun-
tur

Hamb-
burgen-
ses.

Saxonia
inferior.

Amste-
lodamū.

spem frustratis, non parùm augebatur ceptam jam execratio plurimorum. *Hamburgenses* instituta ad Principem Legatione, frustra rogaverant semoto qualicumque impedimento pristinam tabellariis libertatem. Indè Principes implorant, Ordinesque *Saxoniae inferioris*, qui propterea in *Lunaburgo* congregati apud Cæsarem exposcunt contra Principum *Saxoniae* jura pugnantis facti insolentiam. Id Ordines cuique Imperij competere, observantia hætenus intemerata, ut in terris suis ordinat ipsi, litterarum, merciumque vecturam. Nolle se quidem cum *Tassio* in altercationem descendere, sed nec permittere ut is in dubium vocet Ordinum jura, tot seculorum possessione & Cæsarium toties explicatione firmata. Urbs *Amstelodamum*, monuisse litteris suis, Principi scribitur Comitem *Gronsveldium*, esse è vicinis, qui jura Præfecturae Tabellariorum Imperij præferrent usurpare, ac propterea ab eodem requisisse, ne per suos ipsi nuncios id moliri velint. Respondisse, abesse tantum ab *Amstelodamo*, qui contentur istiusmodi jura ampliare ac tueri, ne remota quidem cogitatio mentem subvertat.

usurpationis. Quando vero certiores sunt in 1662.

terra Monasteriensi spoliatos bulgis ac litteris
Cursores suos, tam parum comprehendi potuisse,
turbationem hanc voluisse denunciare Comitem
Gronsveldium, quam Provincias, Urbesq; libe-
ras, jure suo, tanto jam tempore, ipsorum etiam
Casarum indulgentiâ hactenus usas, hujusce-
modi criminis debere insimulari. Inde fiducia
erectos se, malum illud sponte sua facile subla-
tum iri. Quâ tamen, excontinuatis in eum
diem querelis, cum non sine animi sensu frustra-
tos se sentiant, necessitate compulsos, gravem hac
de turbatione querimoniam deponendi ad aures
Principis, cujus generosa in doles, innataq; pru-
dentia zelum hunc facile excusatura sit, unius
consideratione damni, ex mutatis ista novatione
Cursoribus, (quam non possunt non inviti to-
lerare) solis commercijs inferendis. Irritos
esse eorum labores, qui Celsitudinem suam mente
adversâ induere machinentur, solâ Casarei ali-
cujus privilegij mentione. Quanquam enim
obsoletam id sit, constare tamen ab ætate Ru-
dolphi Imperatoris, quâ emanasse id volint, in
ea quam in ipsis Imperij terris sine molestia ex-
excuerint semper, ordinatione Tabellariorum
nihil unquam innovatum fuisse. Nec esse men-
tem Casaris, inveteratam vicinorum possessio-
nem turbare; Sed tantum protegere jura Prae-
fecturae contra eos, qui vel in Imperio violare
vel inferre ei damnum meditentur. Id nec se,
nec facere Cursores suos, qui nullis in terris Im-

1662. perij vel admittant, vel destinent litteras, seu
privatas tantummodo incolarum Urbis suae per-
ferant bono commerciorum. Idcirco rogantur

Et Ordines Bel- se, rejiciat oggestam fortè quamcunq; novam
nes Bel- sinistram privilegij aut mandati alicujus Cae-
gij Fœde- rei interpretationem, permittatq; ut per Mo-
rati. nasteriensem Principatum nuncij Amstelode-
mensis imperturbato, sicut hætenus, officio fru-
gantur. Alias ejusdem ferè argumenti super
addunt Ordines Provinciarum.

7. Princeps nùs velut Imperij Principem decuisse, quan-
respon- jusis sui Cæsaris reverenter obsequi, & o-
det. quidem promptiùs, quod pari festinatione
translaturum se ad quemvis locum destinan-
da, Tassius recepisset. Quia verò præce-
peret bonæ vicinæ, amicitiaque jura cum
Batavis continuare, paratum se retractare
jussa sua, sin ita jubeat Imperator. Quod
dum incassum procurare Batavi nituntur,
emanente sub id hujusmodi Cæsaris rescritto,
continuatâ Cursores molestiâ coacti sunt
viam legere hucusque inusitatam, & Amste-
lodamenses, per Frisiam & Oldenburgi Comita-
tum, tabellarios cum litteris, sarcinisque
Bremas & indè Hamburgum amandare.
Quam exindè viam tenuerunt, donec pacti
postquadriennium Clivensi pace transire, ut
antea, permissi sunt Monasteriensem Princi-
patum.

Inter hæc recurrebat Sanctarum Reliquiarum & triumphalis superioris anni in Urbem introitus anniversaria festivitas. Ut igitur instituta per eos dies perpetuæ liberalitatis & gratiarum actionis exemplum posteris daret *Christophorus Bernardus*, votivam hanc celebritatem, ad normam foundationis, quam solennissimè peregit. Ac dein congregatis de Collegio Cathedrali, deque Nobilium Ordine primoribus, Sacello in arce Monasteriensi designato, solenni ritu, primarium lapidem ponit cum hac laminæ ex argento inscriptâ epigraphæ.

DEO OPT. MAX.
DEIPARÆ VIRGINIS

*Omniumq; Cœlitum
honori.
ac præcipuè*

S. PAVLI APOSTOLI

*Gentium Doctoris,
sicut Diœcesis totius,
sic hujus etiam Castræ
ac fortalitiæ
Electi singulariter Patroni.*

Cel-

Celsissimus ac Reverendiss. Princeps ac Dominus
**D. CHRISTOPHORVS
BERNARDVS**

*DEI & Apostolica Sedis gratiã
Episcopus Monasteriensis,
Administrator Corbejensis,
Burggravius Strombergensis,
S. R. I. Princeps
ac Dominus in Borculo.*

Primarium hunc Lapidem

*solemni ritu ac cõemoniis,
Propriis manibus locavit,
In fundamentum sacelli,
sub honore & titulo S. PAULI Apostoli,
superstruendi,
Hoc unum habens in votis,
Ut ad fidei Catholica conservationem
Ac Patria Tutelam
Sancto Patrocicante Apostolo,
Totum cedat.*

*Quod operosa munitione,
Et hujus Sacelli structura,
Applaudentibus tam iis, qui de Clero,
Quam aliis Patria Statibus,
Ad hunc actum obedienter congregati erant,
Pie intenditur.*

*Acta sunt hæc Anno à partu Virginis MDGLXII.
Die Mensis Julij XVII.*

Peractis ita solenniis, aditurus Abbatia
Corbeiensis possessionem ad iter se parat.
Rebus igitur in Diœcesi Monasteriensi com-
positis, cum insigni profectum comitatu sub
Autumnum *Visurgis* excepit. Ante diem
tertium Idus Octobris solenni pompâ *Corbeia*
inaugurato obedientiam (homagium Juris-
periti vocant) subditi præstitere. Applau-
sus Musarum à variis oblatis, & hoc, cæteros
inter brevitare gratius epigramma, à Com-
missario militari *Steingens*, patriâ Juliacensi,
viro docto modesto & integro concinna-
tum.

1662.

9.

Excipi-
tur Cor-
beia.

Ergo novum sparsit Bernardi nardus odorem,
Corbeiaque graves imbuit ille viros?
Non stitit ad modicos Tua Princeps gloria rivos,
Corripiunt Nomen flumina magna Tuum.
Alpha triumphalis nuper fuit Alpha trophæi,
Primum post Alham Beta *Visurgis* erit.
Vi-fama-surgis, Tua cum præconia volvunt,
Et Padus, & Thamasis, Rhodanus, Ister, Iber.
Miratura Tuum referent per sacula nomen,
Statq; Tibi aeternum à Posteritate decus.
Quando Monasterio devicto electus es Abbas,
Ratè Monasterij diceris esse caput.
Vive Monasteriis Corvinos gratus in annos:
Corbia præsagit, Vestphala terra vovet.

Dum

1662.

10.
Cum vi-
cinis
Princi-
pibus
agit.

Ingemi-
scens
ruinis.

Multa
restitu-
rat.

II.
Huxa-
riam vi-
sitat.

Dum isthic moratur *Christophorus Bernar-
dus*, quanquam more Principum Germano-
rum cum *Augusto Guelphobutano-Brunsvico*
Duce, ejusque filiis Principibus, ultrò citro-
que, nunc epulatum, nunc venatum est, haud
tamen ideò prætermisit ea exequi, quæ non
muneris imposuerat obligatio. Quoties in-
gemuit ruinosæ, si non dirutæ ædi, & obsole-
tis passim sacris! *Kemnadensem* & *Groningens-*
sem Præposituras, post ampla terrarum spatia
à Principibus vicinis possideri! *Monasterium*
Hervordienste, Schackenso, Verbense, Vibbert-
se, quæ *Corbeiensium* Antistitum curæ, magis
rum pietas crediderat, è religiosis primùm
Asceteriis in liberarum Collegia Canonica-
rum, an incuriâ Prædecessorum, malè trans-
formata, repudiato nunc non ordine solum
sed & religione, ad alios transiisse! Intra
eam moræ arctitudinem multa in æde, in
Monasterio restaurat; novam Basilicæ stru-
cturam designat; Abbatiali potestate incul-
cat regularis observantiam disciplinæ; Ordi-
natoque sacro ac Civili Magistratu redire
Monasterium festinat.

Quo die sub una celebritate Cœlites omnes
Ecclesia veneratur, *Huxariam* intrat, comita-
tulongo & Prætorianorum cohorte sèpatus,
consultò templa visit; ita tametsi suis Evan-
gelistæ

gelici sacris in iis operentur, Principem, ait, addecere, cujus uti regio, ita & Evangelicorum sensu, Religio sit. Eâ sic autoritate lacera hîc tecta, perforatas alibi fenestras reparari jubet, ac monet seriò præsentibus Consules, Ædilesqur, ut facta tecta conservent. Ædem â Divo *Nicolao* appellatam postremùm *Eccle-* subit, eâque inspectâ, quandônâ, inquit, *siam Ca-* frequentetur. Extra dies, respondent, *tholicis* postolis dicatos ejus usum non esse. *attribuit* *Oppor-* *tuniùs* ergò, inquit Princeps, *serviet usui Ca-* *tholicorum, qui ex aula & ministris meis Civi-* *tatem habitant; tam enim incongruum censerè* hanc otiosam esse, quam sacrorum illos commoditate defraudari. Sacerdos interim aram parat, & sacrificio Princeps, ceterique religiosè interfunt. Peractâ re divinâ, ædisque ac sacrorum curâ, Patribus *Franciscanis* commendatâ, Monasterium revertit. Hi ex ordine Minorum, quos *Conventuales* dicunt, ab *Huxariensibus* olim ejecti, hucusque exulâ- *Reducit* rant, donec *Christophorus Bernardus*, ære suo *Francis-* conductâ etiam, traditâque jam domo, *canos.* rata tam diu reductionis hac viâ poneret fundamentum.

Causa verò maturati reditûs fuit, quod *12.* *Maximilianus Henricus Coloniensis Octovir, Electo-* qui post lustratum Belgium, Bremam, Ham- *rem Co-* burgum per id temporis *Hildesij* morabatur, *lonien-* jamque Coloniâ revisurus, Monasterium *sem.* cogitaret. Ut igitur hunc ceu Archi-Præ-
fulem

1662.

fulem suum ac multis nominibus devinctum
 quâ decebat veneratione ac magnificentia ce-
 ciperet, accelerati itineris necessitatem impo-
 suit cura tanti apparatus. Is sexto Idus No-
 vembris à *Christophoro Bernardo* in Monasteriensem
 Civitatem magnificè introductus. Postero die in
 Basilica Divi Pauli solenniter introitu-
 cro interfuit, inde novam arcem ingressus
 eentum & decem tormentorum explosionibus
 militariter honorantur. Inspecta ac hinc inde
 ta circum arce, ejusque munimentis & circum-
 cinis ad triclinium veteris aulae digressus
 mensa regali præparatione instrata, & Principes
 & Comitatum expectabat. Interepistolâ
 las, continuata machinarum isthic camporum
 strium laxatione, saluti Magnatum Europæ
 crateribus assiduè litatum est. Decima No-
 vembris die, *Christophorus Bernardus* quædam
 ceptum magnificentia *Coesveldiam* deducitur.
 Ab armatorum isthic bis mille, & tormentorum
 octuaginta salutatus, postquam in *Lodovico*
burgo pari cum splendore & honore habitus
 est, ipsâ *D. Martini* Præfulis festâ luce non
 minori pompa, ducente, supra semimillibus
 spatium, *Christophoro Bernardo*, *Maximiliano*
Henrico Dürstenam, *Veste Colonien*
 oppidum discessit.

13. Quando nuper, uti narravimus, dies quædam
 festos perpetua largitione dotavit *Præ-*
Fundat ceptus, etsi tunc hereditarium pariter cre-
Camera- riatum. *Camerariatum* Principis ac Principatus Mo-
 nasterii.

Excipit
 Monasterij

& Coes-
 veldia.

nasteriensis; nunc tamen ab Hospitis Serenissimi dis-
 cesso prius confecit. Habent ferè ceteri Germaniæ
 Principes stabilita Curiarum munia, potissimum qua-
 tuor, nonnulli plura, & etiam pauciora; Uti sunt Aulæ
 Præfecti, Cubicularij, Mareschalli, Dapiferi, Pocilla-
 toris, hæreditaria successione, illustribus plerumque fa-
 miliis innexa. Et quanquam *Dapiferatus* in hac Dice-
 cesi Baronibus *Vischeringo-Drostus*, *Mareschallatus* ve-
 rò *Morriensis* ad id usque tempus adscribebatur; quod
 tamen posterius Equestrem magis Ordinem, quam Prin-
 cipis obsequium spectaret, & in aula quoque ceteri solâ
 Præfulum optione adsciscerentur, nullum præter duo
 jam memorata honorarium munit, ad posteros transfibat
 hæreditate. Id sub initium electionis, notaverat *Chri-*
stophorus Bernardus, ideoque reservarat libertati suæ
 novam *Hæreditarij Camerariatus* institutionem, eui
 manifesti, in tam eminente Principatu, defectûs supple-
 mentum. Hoc igitur nunc ut effectui daret, non mi-
 nore augmento servitii ac splendoris aulæ Principum
 Monasteriensium, quam ut suam *Galeniorum* gentem in
 orthodoxa fide ac religione erga DEUM, in obsequio
 ac devotione erga Successores, inque illustri veræ No-
 bilitatis statu firmaret, cœptam nuper institutionem
 hoc tempore absolvit, & *Cubicularij officium* seu *Ca-*
merariatum in familia sua perpetuò duraturum, non
 tantum erexit, sed & amplâ simul bonorum, annuique
 stipendii designatione liberaliter dotavit. Atque ita
 nascentem jam annum, à nato Servatore tertium & Se-
 xagesimum seculi decimi septimi feliciter auspiciatus
 est, dum & ipse, & *Cathedrale Collegium*, non minus

1663.

Calendas Januarias, quam perfectum munus erectionis diploma subscriptionibus ac sigillis suis unâ decoraverunt.

Primus Possessor.

Primus autem istius honorarii muneris possessor declaratus est *Franciscus Guilielmus Liber Baro de Galen*. Christophori Bernardi ex Fratre Nepos. Is tunc adolescens, ab ingenij præstantia, judicii maturitate, industria, generosâ, suavitate morum, aliisque pluribus naturæ ac virtutum ornamentis mirificè commendatus; post absoluta humaniorum literarum studia, Coloniz per id tempus Philoſophiæ operam dabat, quam & univerſam propositis publicè theſibus cum applauſu defendit. Ad ſeveriores deinde diſciplinâ admiſtus, *Duaci* Belgarum & aliis in Academijs egregia Jurisprudentiæ, politiciæ & hiſtoriarum fundamenta jecit. Quibus demùm imbutus, poſtquam Gallias & plures exteras regiones peragravit, à Patruo revocatus, conceptusque peramanter, cum Eodem, in aliquandiu vixit, ſeſeque in functionibus negotiis publicis quotidie magis excoluit, donec *Ursulam Helenam* ex Baronibus *Plettenberg, Ferdinandi* Principis Paderbornenſis, tunc etiam Coadjutoris Monafterienſis, ex Sorore Neptem, matrimonio ſibi ſociavit, ſimulque poſt ultroneam Parentis diſmiſſionem *Vechtenſis* Præfecturæ, per octidies creatus fuit Satrapa *Vechtanus*.

1663.

bus hucusque muniis præclare functum, nec enumeratis duntaxat titulis, sed multarum etiam arcium ac Dynastiarum possessionibus, in Equestri Saxonica ac Rhenana Nobilitate præfulgentem, & eo cum primis nomine gloriosum videmus, qui tres successivè Principes in Cathedra Monasteriensi veneratus est proximo sanguine sibi junctos, videlicet *Christophorum Bernardum* Patruum, *Ferdinandum* Avunculum, & Affinem hodie *Fridericum Christianum*.

Dum autem fundando sic, firmandoque *Camerariatus* Christophorus Bernardus intendebat; & eas *Francisco Guilielmo*, Ejusdemque Successoribus præscribebat leges, secundum quas futuris temporibus officio ritè fungerentur; extra-dioecesana pariter securitatis publicæ sollicitudo animum occupabat. Inter Legatos enim Confœderatorum Principum, annitente cum primis operâ *Christophori Bernardi*, de prolongando sub annum nuper quinquagesimum octavum icto fœdere Rhenano, *Francofurti* agebatur. Et successum etiam auctiorem anni statim nascentis initia probavère: uti sequens docet instrumentum.

14.
Prorogatio
fœderis
Rhenani.

Notum sit, cum inter sacram Christianissimam Regiam Majestatem Gallia, & Eminentissimos, Reverendissimos & Serenissimos Principes ac Dominos, D. Joannem Philip-

Fp 2

pum

pum sanctæ sedis Moguntinae Archi-Episcopum, S. R. Imperij per Germaniam Archi-Cancellarium & Electorem
 Episcopum Herbipolensem & Franconia Ducem; & Carolum Casparum Archi-Episcopum Trevirensis
 S. R. Imperij per Galliam & Regnum Arelatense Archi-Cancellarium & Electorem; D. Maximilianum Har-
 ricum, Archi-Episcopum Coloniensem, S. R. Imperij per Italiam Archi-Cancellarium & Electorem, Episcopum
 Hildesensem & Leodiensem, Administratorem in Barchinensi & Stabulo; superioris & inferioris Bavariae
 non Palatinatus superioris, in Westphalia, Angariae & Bullionis Ducem, Comitem-Palatinum Rheni, Land-
 gravium Leuchtenbergensem & Marchionem Franconiam montanum; D. Christophorum Bernardum, Episcopum
 Monasteriensem, Administratorem Corbeiensem, S. R. Imperij Principem, Burggravium Strombergensem,
 D. in Borculo &c. D. Philippum Wilhelmum Comitem Palatinum Rheni, Bavaria, Julia, Clivia & Montanum Ducem, Comitem Veldentia, Sponhemia, Marchiam Ravensburgi & Mærse, Dominum in Ravenstein &c. Electorem Regiam Majestatem, Suecia quæ Ducem Brema, Verden, Pomerania, ac Dominum Vismaria; D. Augustum Brunsvicensem & Lunenburgensem. D. Georgium Wilhelmum Ducem Brunsvicensem &c. D. Wilhelmum Hassia Landtgravium, Principem Hirsveldia, Comitem Castellæ meliboci, Decia, Zigenheime, & Nidda, Schwarzenburgi Stanebrugi & Budinga &c. Fœdus defensivum anno 1658. (cui & Dominus Everhardus Dux VVurtembergæ & Teccia, Comes Montis-beligardi, Dominus Heidenbergia &c. sub dato 4. Feb. anni 1660. & nunc etiam Serenissimus

nissimus Princeps D. Fridericus Ludovicus
 Comes-Palatinus Rheni, Bavaria, Juliaci, Cli-
 via & Montium Dux, Comes-Veldentia, Spon-
 heimia, Marca & Ravensburgi, Dominus in
 Ravenstein &c. accessit) ad tres annos ere-
 ctum, initum & continuatum, ac postmodum
 ad tres alios annos à trigesimâ primâ Augusti
 1661. usque ad diem quintam ejusdam Mensis
 anni 1664. prorogatum fuerit, illudq; fœdus
 graves ob causas ulterius adhuc prorogandum
 esse visum sit. Quod nomine altissime memo-
 rata sua Christianissima Regia Majestatis Gal-
 lia, uti & Eminentissimorum, Reverendissimo-
 rum & Serenissimorum Electorum ac Princi-
 pum predictorum, per eorundem Consiliarios et
 Legatos Plenipotentiarios ad hujus fœderis
 Concilium missos, hodiernâ die unanimiter con-
 clusum sit, predictum defensivum fœdus, in iis-
 dem terminis & clausulis, quibus in capituli
 Recessu Anno 1658. erecto, & usq; ad 15. Au-
 gusti Anno 1664. prorogato continetur, jam
 nunc in tres alios Annos nempe à 15. Augusti
 1664. usq; ad 15. Augusti 1667. prorogare, & in
 omnibus inviolabiliter observare, prout vigore
 hujus sese facturos invicem & omni ex parte
 compromittunt ac pollicentur, seq; duorum men-
 sium spatio, à datis computando, suorum Domi-
 norum Principalium ratificationes procuratu-
 ros & commutaturos spondent. In cujus fi-
 dem & constantem observationem prorogatio-

1663. *nis præsens Reecessus tam à S. Christ. Reg. Mæ-
Gallie, quam Electorum & Principum
memoratis Plenipotentiaris subscriptus
cuiq; unum ejusdem exemplar extractum
Actum Francofurti ad Mœnum XXV.
Anno MDCLXIII.*

15.
C. Bern.
recupe-
randa
Borcu-
loa in-
tentus.

Prorogato sic fœdere Christophorus Bernardus iterum fortior, de redintegrando ampliandoque Principatu cœpit cogitare. Reducta nuper feliciter sociorum ope Monasterio-polis spem dabat; Societate nunc ratâ, & accessione plurium etiam auctâ, cœpiti cilius recuperandi Borculoam, quò puto iniquius ab alieno possideri. Jus in eam im-pto asserit prolixo satis, & solidè compositum, quod Germanicis, Gallicisque typis impressum, offert Galliarum Regi & Principibus Confœderatis; quorum simul omnium in- positionem in re tam æquâ sollicitus im- rat. Et sanè Ludovicus Francorum Mœn-cha rationum pondere commotus, non om- sit statim & ipse, præsentis in Galliis Batavorum Legato, Borculoanam restitutionem pensius commendare; & suo ad Batavos Comiti de Estrades injungere, eam quoque ut apud Ordines haud oscitanter promoveretur urgeatque tam Regiæ societatis, quam Principi Monasteriensi competentis habe- rationem. Brabeckius ad hunc finem in Hollandiam iterum Ablegatus, exeunte Fe-
brua

Coope-
rante
Rege
Chri-
stianissi-
mo.

bruario, Comitis-Hagam appellit, Is cau- 1663.
sam hanc dum curat sedulo, pridie Nonarum
Martij Haud dubie recordaturos Ordines, pro- Brabec-
mit, quanam armorum violentia, & Provincia kij Le-
Gelria, & quondam Judoco Comite Limburgio, gari ora-
sub annum seculi presentis sextum decimum, tio.

exuti sint Monasterienses possessa tot annos quie-
te Borculoam. Nec Praefules solum, sed & Cesa-
res, Principesq; Imperij, commonstrata facti
enormitate, toties pro restitutione obtinenda
instiisse; nullo tamen haecenus secuto effectu.

Quae cum etiam Christianissimo Regi innotue-
rint, motum illum esse, media auctoritate sua,
tam justae Principum Monasteriensium cause
patrocinari: Id quod Regius Orator jam tum
testatum fecerit. Erectum ea magis fiducia
Christophorum Bernardum tribuere id Ordi-
num prudentia, ut Regia interpositioni haud in-
viti deferant, reddantq; nunc quod & ipse po-
stulare jussus sit, Principatui Monasteriensi
Borculoam. Et quanquam Monasteriense jus
in eam notius sit, quam ut deduci latius merea-
tur, imo & firmetur ex eo magis, quod illa
inter partes olim controversa, coram Paribus
Curia primum agitata, ad Cameram postea
Imperialem, ipsarum partium provocatione
devoluta, definitive nuper decisa sit: atque ideo
Principem Monasteriensem non intendere, cau-
sam jure semel terminatam, in sui damnum,
aut S. Romani Imperij, vel supremi istius Di-

1663.

caſterij contemptum, novi Judicis, aut alieni
 cognitioni ſubjicere. Ut tamen ij, qui genui
 ſtatu cauſa, fortasſe necdum ſatis imbuti ſun
 pleniùs doceantur, conjectam nuper in chartam
 eſſe, totius controverſia ſeriem, praloq; diviſio
 tam; atque ideò, haud inconſultum judicium
 copiam ejuſ facere Ordinibus, ut ſi quã forſa
 clariore notitiã indigerent, ſua præſentis expoſi
 catione clariùs informetur. Sub hac m
 ominùs repetitã expreſſim cautelã, ne quam
 dicis id aut ſuperioris cognitionem, implorat
 nemve, ſed ita velint Ordines interpretari, ut
 motu proprio, ad conſervandam non minus
 Reip. exiſtimationem, quam Regiam patroci
 nantis Majeſtatem, exigente ſic ipſa pariter de
 ciſa jam pridem litis juſtitiã, ac divino, huma
 noq; jure, illata Monafterienſibus turbamenta
 ocuſ tollant; affinemq; Principatum reſtituant,
 armatã ſed iniquã olim manu deturbatum.
 Conſidi, Ordines pro ſua prudentia & equitate,
 proq; ea, quam de Rep. hac Princeps Monafter
 riendiſ conceperit fiducia, ita ſe declaraturos, ut
 is in cauſa tam juſtã, voto nunc tandem ſuo po
 tiatur.

*Cauſa
 ad Com
 miſſarios
 remiſſa.*

Concurrente Galliarum Regis Legato res
 eò devenit, ut quanquam reclamabant Gelri,
 Republica nominãrit Commiſſarios, coram
 quibus de reſtituendã Borculoã multo tempo
 re acriter diſceptatum eſt. Nunc Hagam
 ibat, nunc redibat Brabeckius. Monafteri
 enſi

ensi scripto suum *Gelria* opponit æquè prolixum, & dum *Borculoanæ* Ditionis tractum mordicè sibi vendicat, suæque regioni; rem totam in longioris rejicit moræ tædium, non jam *Astrææ*, sed *Martis* olim judicio terminandam.

Quo tempore ad recuperandam aliquando *Borculoam* *Batavorum* animos sollicitabat *Christophorus Bernardus*, multorum millium solutionem à *Frisia Orientali* exposcebat *Hartmannus Lichtensteinij Princeps*. Sed priusquam hujus controversiæ statum ordiamur, pace *Lectoris* præmittere visum est designatam, hac ipsâ æstate, trium fabricam *Sacellorum*, quæ ingenti postea sumptu *Paulinæ Basilicæ* adstructa sunt. Cincto pronuper obsidione *Monasterio*, *Christophorus Bernardus* ad cætera voto se obstrinxerat, si suæ *Civitatem* traderet potestati divina bonitas, *DEO* se in honorem trium sanctorum *Josephi, Ludgeri, Maximi*, totidem sacella ædificaturum. Hoc igitur ut exsolveret, sicut anno superiore post anniversariam gratiarum actionem *Paulino* in nova arce, ita nunc *Divorum* honori, quorum jam meminimus, solenni rursùm pompâ & ritu benedixit primarium lapidem, dictarumque structuræ ædicularum supposuit cum hac epigraphe.

1663.

16.

C. Bern.
tribus
Sacellis.Primum
lapidem
locat.

Pp 5

DEO

DEO OPT. MAX.

ad honorem

*Magnæ Matris, Virginis MARIE
Ejusq; castissimi sponsi Patriarchæ IOSEPHI
Nec-non Sancti LUDGERI Proto-Episcopi,
ac Divi MAXIMI Martyris*

PRIMARIUM LAPIDEM

solenni ritu, propriisque manibus posuit

Celsissimus & Reverendissimus Princeps

Dominus

D. CHRISTOPHORUS
BERNARDVS

Natus ex illustri Baronum de Galen familia,

*Episcopus Monasteriensis, Administratus
Corbeiensis,*

Burggravius Strombergensis, S.R.I. Princeps

Dominus in Borculo.

*Ex voto, gratoq; in Divos animo,
piè intendens,*

Vt magnifica trium sacellorum structura,

In Tutelarium Cœlitum Patrocinium,

Afflictorum asylum,

Subditorum solatium,

*ac posthumum corporis sui hospitium
exsurgat.*

*Astantibus & gratantibus iis
qui è Clero, Patriaque Proceribus,
ad hunc actum concelebrandum
obedienter confluxere.*

Anno incarnationis Dominice MDCLXIII.

Die Julij XXIV.

Sed quod sub hoc ipsum quoque tempus 1663.
Hungariæ fines bello infestaret Turca, & Leo- 17.
poldus Christianorum Imperator ac Hungaro- Contra
rum Rex, indictis Ratisbonam Comitibus, Turcans
privatisque Legationibus ab Imperio postu-
laret suppetias, Christophorus Bernardus Zelo Suppe-
statim armatus, pedites mille & equitum du- tias mit-
centos, veteranum militem, Hungariæ actu- tit.
tum destinavit auxilio, nec omisso pro re
Christianâ, superiorum opem implorare, vul-
gato per Provinciam edicto, quod hic etiam
loci intexere haud abs re posteritatis visum
est, publicas subditis preces imperavit.

Venerabili Clero & universis Diœcesis no- Et preces
stra Christi fidelibus salutem. Infensissi- inoperat.
mum Christiani nominis hostem, Othomanni-
cum Tyrannum, inexpleta dominandi libidine,
non uno jam saculo, Orbis dominio inhiantem,
tot nobilissimis Provinciis dira ingluvie absum-
ptis, & in jugum ac servitutem dirissimam per-
tractis, toti Hungaria Regno penitus vorando
incubare, et extremum Germania, ac universa
Reip. Christiana exitium nefarie ac sacrilegè
meditari, nunc vel maxime experimur, dum
expu-

1663.

pugnatâ biennio ab hinc arce Varadini, immen-
nem modo centenorum millium Barbarorum
colluviem in excidium ac perniciem Christiano-
rum armatam, adversus Hungariam et cete-
riores Provincias confidentissime provehit, firmis-
simum sese omnibus cladem, impie presumen-
tissimum allaturum. Et quanquam Augustissimus Ro-
manorum Imperator, inter alios Imperij Sta-
tus, Nos etiam de presentissimis impendentibus
Religioni et Imperio malorum periculis, necessa-
rioque ad conterendos impij hujus Tyranni ce-
natus subsidio, sollicitè monuerit; ceteriq; Im-
perij Proceres in Comitibus Ratisbonensibus, pre-
se, aut Legatos suos congregati nihil eorum pre-
termittant, quæ tam ad Christianam Religio-
nem conservandam, quam retundendam hor-
rum Barbarorum ferociam, per humana opum
consilia et auxilia videntur expedire; non in so-
lius tamen humanae industriae aut potentiae viri-
bus, sed omnem in Domino fiduciam collocantes
publicas per totum Romanum Imperium preces
instituendas, et subsidiariam cum primis opem
caelis implorandam esse, omnino necesse judica-
runt, ut admirabilis clementia DEUS, perenni-
bus quidem hominum noxis ad iram lacessitus,
effusus tamen humiliter supplicantium precibus
ac lachrymis denno exoratus, conversum ad se
populum suum aspiciat, nec odij tam inexpiabi-
lis hostem sua eheu! in Nos ultionis atque ira
concedat administrum. Quod ut majori cum
fructu

1663.

fructu fiat tenore presentium demandamus, ut
 (hic certus praescribatur precum ordo)
 Praecipimus item, quaecumque sub duodeci-
 mam meridianam ob morientis Christi memo-
 riam, quotidie pulsari consuevit, campanam il-
 lam, quam alias die *Turken-Bloek* appellâ-
 runt, in omnibus Ecclesiis tam Regularibus
 quam secularibus per totam hanc Diocesim &
 Principatum Nostrum constitutis, ad hora cir-
 citer quadrantem continue pulsari, ut ejusdem
 memoriâ, more majorum excitati Christi fide-
 les, ad fundendas pro divina ope, contra Turca-
 rum insultus feliciter obtinendâ preces, reddan-
 tur ferventiores, Concionatores denique & Cu-
 rati populum sibi commissum sapius adhorten-
 tur, per crebriorem & seriam peccatorum con-
 fessionem ad DEUM conversi, auctis per Elee-
 mosynas & jejunia orationis viribus, immen-
 sam DEI potentiam unanimes implorent, ut
 inimicorum Nostrorum savissimo Nos bello op-
 primere volentium contumaciam, dextera sua
 virtute prosternat, & Nos in illius protectionis
 securitate constituti, nullius hostilitatis arma
 timeamus.

Nunc ut litem *Lichtensteinianam* opportu-
 nius prosequamur, ejus principia altius ali-
 quanto repetere visum est. *Hero, Esena,*
Stedesdorpij, & Vitmunda Dominus, a ge-
 neris nobilitate & opum affluentia, inter Fri-
 sones clarus, ex *Irmgarde* Comite *Oldenbur-*

18.

Origo
 litis Fri-
 sio-Lich-
 tenstei-
 niana.

gia

1663.

Et stirpis
Frisio-
Ritber-
gica.

giâ liberos sex habuit, videlicet mares quatuor, ac foemellas duas. E filiis perijt *Melchior* puer: *Sibo* natus maximus, & *Caspar* in Sueciam profecti, ad *Christiernum* Danicæ Norwegiæ ac Sueciæ Regem, sobrinum suum, tunc bella contra Suecos gerentem, pro operam Regi fortiter navatam, sub anno nati Salvatoris M.D.XXIII. cecidère. Solus *Balthasar* superstitis in paternas opes successit. *Anna* verò (quam *Onnam* scriptores Frisii nominant) sororum major, eodem anno quo fratres amiserat, *Ottoni Ritberga* Comitis nupsit. Ad hanc post obitum *Balthasaris* juvenis bellicosi, qui sub annum Christi MDXL. *Esena* caelebs decessit, transit amplè hæc Dominiorum ac honorum in Frisia hæreditas. *Joannes* Ejusdem filius ac postremus è lineâ masculinâ *Ritberga* Comitis (quem Anno sexagesimo secundo seculi præcedentis Coloniae extinctum, & in Abbatiâ Ecclesia S. Martini majoris tumulatum esse, erectum isthic epitaphium commonstrat) ex *Agnete Benthemiâ* genuit filias duntaxat duas: *Walburgim* & *Irmgardem*. Hæc primùm *Erico Hojano*, dein *Simoni Lippis* Comitibus nupta, sine prole vitam finivit. *Walburgim* natu majorem *Enno Tertium* dedit, *Orientalis Frisie Comes*: neque prolem alteram, quam binas quoque filias ex ea suscepit. *Sabina Catharina* ætate major, Patris suo,

fuo, Joanni Oest-Frisiæ Comiti, Ennonis germano, Pontificiâ dispensatione nuptui collocata est. Is notæ virtutis heros, & aurei Velleris Eques, apud Hispanos, Polonosque Castrorum Præfectus, militiæ inclaruit. Et ex hoc connubio posterii descendunt *Oest-Frisiæ, ac Ritberga Comites, Esena, Stedesdorpj, VVit-munda ac Mellerichij Dynasta.* E quibus hodie, post extinctam pronuper iterum lineam masculinam, solæ superstites *Bernardina Sophia* Princeps Abbatissâ Essendiensis; *Catharina Leopoldina Osvaldo Berge* Comiti ac Bergarum ad Zomam Marchioni nupta; & quam Frater harum *Ferdinandus Maximilianus* ex *Joannetta Francisca* Comite Mander-scheidio - Blanckenheimiâ unicam reliquit, *Maria Ernestina Francisca.*

Alteram Ennonis filiam *Agnetem* natu minorem matrimonio sibi junxit *Gundackerus Liechtensteinus*, qui tunc illustres inter Cæsaris Ministros primatum facilè tenebat.

At verò *Walburge* Matre, numero mortalium jam exemptâ, secundum *Enno* cum *Anna* ex *Ducibus Holsatiæ* matrimonium inivit, prole dein masculâ fecundum. Ad hosce filios, dum primæ *Conthoralis* bona transferre meditatur, quò majore eos potentiâ *Fri-* *Ex ven-*
sios inter firmet, prioris thori filiabus, stante *ditione*
pupillari atate, Tutores designat. Cum his, *materna*
ut opulentæ tres *Dynastiæ, Esena, Stedesdorf-* *heredi-*
fium *tatis.*

1663. *fium, & VVidtmunda*, quæ à *VValburgæ* cedebant, sibi ac masculis suis cedantur, dulò tractat, & oblatâ pecuniarum summa pretium nequaquam exaquante, tandem mit, atque itâ nimîâ Tutorum indulgentias suas facit.

*Læsus
Liech-
tenstei-
nius.*

Liechtensteinius enormem postcâ læsionem quæstus, nec contentus emptionis ære *Comiti* assignato (quod ab iniquæ transactionis loco, in *Berunmiani Capitalis* nomen demum transit) avitas terras, ante *Ritbergios* vindicaturus, primus videbatur. Subvertitur à *Enno*, ut ab ea *Liechtensteinium* mente dimoveat, è suis *Aulicum* illicò *Viennam* mittit, quem æs emptionis auctum, & ultrò oblatâ gens auri vis: Unde *Capitalis Viennensis* vocabulum emerfit.

*Contra
Frisium
lite vi-
ctum.*

Cum autem pactorum immemores *Frisii* nec debitum solverent, nec starent promissis, *Hartmannus, Gundackeri & Agneris filii* *Liechtensteinij* Princeps coram *Cæsare* mortuos in jus vocat, liteque in *Dicasterio Imperiali-Aulico* dudum agitâtâ, ipse tandem triumphat, & *Georgius Christianus*, tunc *Orientalis Frisia Princeps*, in multa millia condemnatur. Moribus Imperij demandata executio imponitur *Christophoro Bernardo* cum *Principi Westphaliæ Directori*, unaque vicino *Seni Antonio Gunthero Oldenburgensium Comitum* postremo. Sed is initio statum varia

varia causatus provinciam hanc excusa- 1663.
vit.

Et quanquam optabat *Christophorus Ber-* Execu-
nardus etiam præteritum se, qui cœptam nu- tionem
per, cum Principe finitimo, amicitiam fovere urget.
malebat, quam vel minimi causam præbere
turbamenti; quod tamen hinc iteratâ valen-
tis apud Imperatorem *Liechtensteini* com-
mendatione, indè præsentis Ejusdem Legati
(qui erat *Ignatius Franciscus de Haes Colo-*
niensis) continuâ prece sollicitaretur: haud
commodè potuit munus hoc, quantumvis in-
visum, citra *Cæsaris* offensionem detrectare.
Ut tamen animum probaret vicino Principi
devotum, procrastinatâ executione, amicam
partibus suadet compositionem.

Augusto igitur mense diem dicit *femmin-* 19.
ge Frisiz loco, tentandæ concordiz designa- C. Bern.
to. Ablegat isthuc è Concilio suo Joannem composi-
Godefridum Baronem de Beveren & Bernar- tionem
dum de Wiedenbruck Præsidentem Aulici Tri- tentat.
bunalis. Pro *Georgio Christiano* compa-
ruère *Freitagius* Nobilis *Friso & Amersbec-*
kius Jurisperitus. Adfuère & mediarum
quasi partium Ducis *Wurtembergij* (is *Frisij*
Principis focer erat) *Cancellarius*, *Mylerus*
ab *Ehrenbach*, vir ab eruditione clarus, ac
Mulnerus Domûs *Brunsvico-Lunæburgicæ*
Ablegatus.

Post varios congressus, cum ne latum qui-
dem

1663. dem unguem à decreti Cæsarei rigore mori se pateretur *Liechtensteinij* Legatus, *Georgius Christianus* abruptâ *Femmingensi* dicentibus cum suis ad *Christophorum Bernardum* ipse occurrit, qui annuâ tunc venatione in *Hornmelingis* oblectabatur.

Et assequitur.

Istic Principes inter conventum, quod *Aurica* postea firmatum est, tabulis operâ *Beronis de Beveren* uti *Monasteriensis* Legati hoc potissimum tenore expeditis. *Ursus instans* proximè *S. Michaelis Archangeli* festum centies & trigesies quinquies mille dalerorum Imperialium, seu censum à Comitibus *Armeniaci* quinquagesimi quarti, ex utraque tam *Viennensi*, quam *Berummianâ* sorte Capitali reddendum, & *Monasteriensi* Principi, & *Liechtensteinij* Legato, *Meppene* exsolvat *Friso* Princeps; ac dein, & totum quidem *Viennense* debitum, anno mox sequente, ipso *S. Georgij* die. Tribus verò succedentibus, & eadem pace, *Berummense* Capitale integrum, ita tamen ut quotannis duntaxat triens, pari modo numeretur. Obligatio connectitur severa, & stringens satis. Si morosus foret *Friso*, nec pactis statis diebus nummos tradat, liberum esto *Monasteriensi*, non expectatâ aliâ *Cæsaris* monitione, in *Frisia* exequi *Judicis* decretum; nec interim quidquam censeatur derogatum *Cæsaria* commissioni.

Una jam Frisios cura distrahebat tantam pecuniæ vim corradendi. Et quanquam Proviuciæ istius Ordines florenos ter centum mille (qui centies & vigesies mille imperialibus valent) Principi suo subsidiarios stipulati erant; quod ea tamen summa necdum sufficeret, neque citius, quam post triennium tota numerari posset, & interim quotidie appropinquaret terminus; ad Confœderatarum Belgij Provinciarum Ordines recurrunt. Qui dum mutuam addicunt, id pariter *Cristophoro Bernardo* significant, ac confidere se, pro humanitate sua tantisper exequi superfluum. Ipse etiam *Georgius Christianus*, adornatâ Legatione, Monasteriensem Corbeix tunc moratum exorat quatuor hebdomadas, statæ diei prorogationem: Tametsi, respondet Batavis Præsul, haud sibi liceat transgredi limites potestatis suæ, quæ tantummodo sonet executionem; indulgisse tamen Frisius spatium, quod speret excusari posse. Dum verò Batavi *Fortalium Dylerianum*, ceu hypothecam volunt, ita Reip. obligatam, ut munitum ipsi possideant, nec reddere teneantur ante mutui solutionem: Et id Frisix Princeps euuctanter detrectat; causatus tam pacis Westphalicæ quam patriis legibus aduersari, plura in alienos transferre munimenta, præsertim ad allabentem Amasim, non sinè vicinorum incommodo; & imprimis com-

1663.

20.

Contra

Frisones

morosos.

Qq 2

mer-

1663. merciorum : expirat tempus ante septimanam quatuor indultum ; adeo ut novas *Frisianarum* inducias debuerint flagitare, & etiam ab amantissimo Principe mensem alterum impetrarint.

Frisia
Cæsaris
executionis. At cunctantibus iterum Batavis, nec patet argentum mutuare, priusquam *Cæsaris* *Dylerianum* in pignus detur, quidquid *Frisianarum* Princeps mutui accelerationem urget, mox que frustra, in proximo esse induciarum terminem ; Labitur mensis alter. Enimvero *Christophorus Bernardus* non jam famam solum sed è *Frisia* & ipsa *Comitum-Hagâ* certum ambire *Remp. Arcis Dylerianæ* munimentum unicum nempe in *Frisiam Orientalem* actum ; atque ita omnem posse executionem facile impediri, relictâ præproperè *Corbeia* *Dicæcesin Sassenbergam* redit. Arbitratur prorogatâ toties executione nunc tandem de se, & ipsum *Cæsarem* ludj, *Majestatis Imperij* dignitatisque tenax, ne *justitia*, *basis Imperiorum*, remorâ tam inutili sufflaminaretur, necessarium existimavit ocyus prævenire. Nocte itaque, octavam inter ac nonam *Decembris* mediâ, sexcentis ferè *armatorum* *Dylerianum* missis, sub *clypeo Imperij*, *Castellum Dylerianum* cupat & *munuit.* *num* facile interceptit ; Nam *præsidarij* clamata *Cæsaris* auctoritate territi, ac *resistenti* stendo imparos, desperatâ loci defensionis illicò se dediderunt, absque omni molestia permissi cum *sarcinis* suis in *Frisiam* abire. Mox *Nico-*

Nicolaum *Elverveldium* Chiliarcham, militiæ veteranum, Castello imponit, ac trecentorum triginta militum præsidio, novis propugnaculis, tormentis bellicis, omniq̃ue Martio apparatu erepentè communit. 1663.

Frisios statim, & altiùs *Batavos* perculit *Id agrè* deditiois fama. Hi *Frisio* Principi exprobrant desiderati pignoris procrastinationem; *Batavi*, *Frisones* contra accusant lentitudinem mutui, utriq̃ue partium tunc sanè inopportunam. Nec ultra cunctati *Unitarum Provinciarum Ordines*, confinibus circùm præsidijs sollicitè excubias imperant, curamq̃ue vigilem, ne quid per ejus speciem tentamenti *Reip.* subditus patiat. Fortalitijs quoq̃ue vicinioribus de majore copiarum numero, deq̃ue annonâ anxie prospiciunt, oculo in *Monasteriensem* tantò intentiore, quò suspectiùs erat sub idem tempus tam seriò repeti *Borculoam*.

Christophorus Bernardus Batavorum indignationem doctus, nec aliundè turbamenti quidquam subveritus, non minore cura ac festinatione muniebat arcem, quam invitatus ad *Imperij Comitia*, cogitabat *Ratisbonam*. Hanc *Cæsar* Urbem mense *Decembri* jam intrârat, ut qui publicæ hætenùs salutis indormire videbantur, præsens expergefaceret, atq̃ue ita plures non solum Principes, sed & suppetias ex Imperio certiùs acciret. Et si

1663.

*Quâ de
causa.*

enim causa laborantis Germaniæ non una
Conventum hunc indixerat, potior tamen
Bellum Turcicum fuit, quod in Transylvania
primò natum, tunc in Hungariæ finibus ad-
lescebat. *Christophorus Bernardus*, ut in
hoc Cæsari obsequio gratificaretur, simulque
ex ea Conventûs frequentatione augetet
authoritatem, vel metum sui; atque ita con-
tinerentur vicini, qui *Dylerianam* à se arcem
possideri agrè intuebantur, ne quid facile ad-
versus Principem tentarent & viribus Imperii
innixum, & jussa Cæsaris exequentem, hanc
voluit postremus comparere. Ne quis vero
argueret arcem otiosè occupatam, uti ceptæ
executionis primordia nominabat, sic eidem
prosequendæ *Elverveldium* Chiliarcham &
Martellum Embslandia Quæstorem subdele-
gat, qui ex vectigalibus, redditibusque Frisiæ
Principis, adjudicatum *Liechtensteinio* debi-
tum exigant Cæsareâ autoritate.

22.

*C. Bern.
Ratisbo-
nam ve-
nit.*

Ergo celebratis Monasterij Westphaliæ
Christi natalitiis, & indictis Diocesi profæ-
lici Comitiorum successu publicè precibus
rebusque domi tantisper compositis, in Ba-
variam discedit. *Smisingius* Commendator,
Baro de *Beveren*, & *Ravius*, Consiliarij; *Ne-
gelius* Chiliarcha, & *Vredenus* Protribunus
Aulæ præfecti; *Bissingius* Monasteriensis
Urbis Orator, & qui à Secretis erat *Bruch-
sius*, ad cæteros comitabantur. Pridiè Idus
Janua-

Januarias anni nunc ineuntis sexagesimi & 1663.
 quarti *Ratisbonam* ingreditur. Sed designa-
 tum tertio post die solennem ad aulam Cæsa-
 ris accessum, præsentibus Imperij Principes & *Cuditur*
 Absentum Legati sustunt, quod pari se, quâ *Rituale*
 Electores, cæremoniâ excipi, tractarique o- *Princi-*
 portere existimarent. Pridem enim Princi- *pum.*
 pum plerique haud æquo ferebant animo, vix
 congruam satis haberi rationem dignitatis
 suæ; & Electores contrâ, quoties Imperato-
 rem eligi contingeret, novis semper conditio-
 nibus suam stabilire, sine cura reliquorum.
 Ut igitur & suam erigeret, reponerétque
 Principum ordo; concurrentibus ante alios,
 cum *Monasteriensi*, *Guidobaldo Salisburgensi*,
 & *Francisco Egone Argentinensi* Pontificibus,
 Marchionibus *Badena* & imprimis *Palatino-*
Neoburgici Ducis Legato, formam cudunt,
 normamque (*Rituale Principum appellâ-*
runt) secundum quod in publico deinceps
 congressu, à Cæsare, ab Electoribus, ab aliis
 excipi, tractari, dimitti velint. Id tandem
 omnibus etiam probatum fuit. Non dixero,
Christophorum Bernardum hoc novo subni-
 xum foetu, in solenni primo ad Cæsarem ac-
 cessu, tamdiu ad pedem gradûs subsistisse, do-
 nec tergiversans Aulæ Mareschallus isthuc
 occurreret, exciperet, & inde deduceret ad
 præsentiam Imperatoris.

Exin Comitiorum fervere negotia vehe-

Q 9 4

mentius

1664.

Acta
Comitij.

mentius cœperunt. Decretæ Cæsari communes contra Turcum suppetiæ. Actum publica defensione ac securitate; & quâ eadem viâ, dilacerato multis locis Imperio curri, & redintegrari possent Circuli, avulsi partibus scedè passim mutilati. Id Christophorus Bernardus tantò urgebat instantius quantò majoris sua intererat, & recuperanda Borculoam, & continuatâ Dylemiani Castellæ possessione adversus exterorum vires tueri Cæsaris & Imperij dignitatem. Vices Eni in frequentando Principum Senatu obibat Baro Beverenus & Bispingius Orator; sed cum iis Basserodius Juris-consultus, qui prædem antè Ratisbonam missus, Legatione Monasteriensi fungebatur. Ab Augusto postea inter Consiliarios accitus & Holmiam ad Regem Sueciæ Ablegatus fuit, ubi & re præclarè gestâ diem tandem extremum clausit.

23.

Batavi
immis-
cent se
causa
Lichten-
steiniana

Inter hæc Batavi litteris ad Monasterium sem & Liechtensteinium Principes sub Januarii expeditis, designatos significant ex Generali Ordinum Collegio, qui componendis inter Liechtensteinium & Orientalis Frisiæ Principem controversiis, reponendaque veteri amicitia Lierorthum, ad diem Februarii vigesimam, se conferant. Visum operæ pretium id indicare, ut & ipsi ablegent suos, qui stato die & loco cum potestate adsint, juvenaque, ut scopum ad eò salutare assequantur.

Has

Has quod Monasteriensis *Ratisbona*, *Liechtensteinus* verò in *Austria* moraretur, curæ *Georgij Christiani* committunt destinandas. Quæ dum in *Frisiam* priùs, dein per obliqua viarum in *Germaniam* mittuntur, *Cursores* seriùs ad *Principes* ferunt, atque ideò, respondet *Monasteriensis*, non potuisse quempiam è suis ad diem istum ablegari; præterquam quod controversia hæc, in *Tribunalibus Imperij* terminata, aliò nequaquam pertineret.

Sed quò magis etiam distraheret *Batavorum* animos, ipse *Brabeckium* rursùs *Hagam* mittit, qui *Borculoam* repetat; ac præterea *Cæsari* author est, ut executionis *Frisicæ* causam, curamque imponat *Friquetio*; & sicut à *Regibus* ac *Principibus Europæ* totius, ita & ab *Hollandis* statuerat rogare auxilia, haud gravetur *Legationem* in *Belgium* maturare. *Utrique* annuit *Imperator*, & *Friquetium* monet, ut rebus *Frisio-Monasteriensibus* intendat, omnemque violentiam in solo *Imperij Batavos* dehortetur; & *Zintzendorffium* *Comitem* ablegat, qui opem imploret *Reip.* contra hostem nominis *Christiani*.

Antè hunc jam *Brabeckius* *Hagam* ingressus erat, & die vigesimâ *Februarij* *Ordinibus* porrexit libellum, ex quo cum liqueret, quid in re *Borculoanâ* anno præcedente actum fuerit, & quo ea in statu tunc versabatur, nequaquam hic prætereundum. Summa

Qq 5 autem

1664.

28. Feb.

24.

C. Bern.

repetit

Borculoam.

Idurgæ

Hagæ

Brabeck-

kium.

1664. autem hæc erat. Recordaturos procul dubio
 Confœderatarum Provinciarum Ordines, quæ
 tã cum instantiã sæpius & anno adhuc proxi-
 lapso postulãrit restitutionem Borculoæ Princi-
 Monasteriensis. Et quanquam Gelria De-
 gati oblatum tunc à se scriptum Provincia
 communicaturos receperint; Ordines nihil
 minus designãsse Commissarios, qui penitus in-
 prospicerent, causamq; mutua post colloquia
 turius discussam ad Senatum referrent. Hanc
 sine causã subvertitum, eã Gelrorum oblatum
 rem totam duntaxat procrastinatum iri, Idcirco
 tunc Martius interpellãsse Ordines, ut apud
 Gelria Delegatos urgerent accelerari Provincia
 istius declarationem, nec justo Principem tot
 diutius frustrarentur. Fecisse id quidem, sed
 hætenus Principem latere, an mentem suam
 aperuerint Gelri. Prodiisse nuper è Comitibus
 sub Aprilem Zutphanie celebratis, nuncupati-
 ram ita deductionem, ex in publico divulgatum
 typo, & senatui Provinciarum oblatam. Ve-
 rum multa continere, quæ nullis possint docu-
 mentis unquam probari. Quocirca nunc ite-
 rum iussim se, ut posthabitis istiusmodi Styrum-
 mensium, Gelrorumq; argumentis, quæ nullo ni-
 tantur fundamento, repetat Borculoam, & E-
 jusdem appendices. Sin autem Ordines ve-
 lint, ut Gelri ac Styrummenses ipsa, quæ addu-
 xerunt, documentorum archetypa, tabularumq;
 primigenias proferant, nec alienum se fore, quæ
 jus

ius Monasteriense, in Borculoam, ab Imperij 1664.
 quoq; Tribunalibus pridem firmatum, apertius,
 ac solidius etiam astruat. Id vero uti nolit
 vel juris, in foro Imperij competente, cum
 plenâ causa cognitione, Monasteriensibus acqui-
 siti abdicationem, aut novi electionem Tribuna-
 lis interpretari; Ita confisum se, haud egre la-
 turos Ordines, si quâ facit solennitate protestetur,
 pariter nolle vel Principi, vel Principatui Mo-
 nasteriensi, seu ipsi etiam Romano Imperio suam
 hanc oblationem fraudi esse.

Quo die has exhibet Brabeckius, alias super- 25.
 addit Comes d' Estrades Francia Legatus. Coadiu-
 Ab Rege se iussum, ut quando Borculoam repe- vat
 teret Decanus Brabeckius, pro viribus ipse in- Francia
 stantiam Principis Monasteriensis promoveret. Legatus.
 Nolle se partes suas desiderari, quas etiam im-
 pleverit sub Martium anni præcedentis, quando
 præsentibus in Francia Reip. Legatis rem hanc
 commendârit ipsa Majestas sua eo fervore, ut
 seria Eiusdem, de causa hac sollicitudo, non de-
 beat in dubium trahi. Et quemadmodum haud
 aliud Rex intendat, quam iustitiæ patrocinari,
 ita confidat quoque, Ordines effectum ipsum
 Principi Monasteriensi prabaturos. Fore id
 non propensionis tantum pristina argumentum,
 sed & commendationem socii Regis, extra ju-
 stitiæ tramitem nihil volentis, æstimatam fuisse.

Quanquam ista Gelris invisa erat sollicita- Remora
 tio, arbitrantibus causam hanc, in sua jam Idrorum
 olim

1664.

olim Curia decisam, terminatamque nec
 Generalium Ordinum aut Provinciarum
 unam duntaxat sui cognitionem pertinere
 ab aliis tamen extra Gelriam Provinciis con-
 clusum fuit, oportere cum *Brabeckio* hac
 per re institui colloquium, & commentum
 ad eò causæ justitiam penitiùs examinari;
 Gelriæ delegatis proxima tunc *Noomani* Co-
 mitia obtendentibus, spondentibusque Pro-
 vinciam eo tempore se declaraturam, cum
 hæc rursus eò delata, & tantisper iterum
 spensa fuit. Interim rogat *Brabeckius* Or-
 nes, ipsi ut Gelriam impellant, assertis pro-
 mè Comitibus non solum explicet se, sed & re-
 nà producat autographa documentorum, quæ
 in sua causæ *Borculôensis* deductione
 tantaque allegarint. Certum se, ita factum
 detectum iri, & allegantes documentis ab aliis
 esse, & *Monasteriensis* pernegatâ tam in

26.

Zintzen
dorffius

Cæsaris
Legatus
ad Ba-
tavos.

Tradit
litteras

in e pote-
statis.

Borculoanâ restitutione iniquè defraudatos.
 Inter eam *Brabeckij* negotiationem, adve-
 nerat *Cæsaris* Abligatus *Zintzendorffius* Co-
 mes. Is Kalendis Martij has Ordinibus tra-
 di facit publicæ fidei litteras.

Leopoldus divinâ favente clemencia *Electus*
Romanorum Imperator semper Augu-
 stus. &c.

Charissimi Amici, Tametsi dubitare non
 possimus, quin Vobis jam antè exacte no-
 tum sit, quâ vi & potentia, non Nobis tantum,
 & Re-

1664.

& Regno Nostro Hungaria, ceterisq; Provin-
 ciis hereditariis, sed ipsi Sacro Romano Impe-
 rio, ac toti etiam Christiano Orbi perpetuus
 ejusdem hostis Turca immineat: Pro eo tamen,
 ac ea res totum populum Christianum summo-
 perè concernit, omittere non potuimus, nec de-
 buimus. quin de eadem vobiscum etiam per pe-
 culiarem Alegantum, Illustrè & Magnificum
 Consiliarium Nostrium Imperialem Aulicum,
 sacriq; Imperij fidelem dilectum Rudolphum
 Comitem a Sintzendorff &c. agendum cura-
 remus. Qui proinde Vos amicè & benevolè re-
 quirimus, ut in his dictum Alegantum Nostrium,
 non solum plena fide dignari, sed cum optato
 etiam responso quamprimum expedire velitis,
 prout de Vestro tum comperto in Remp. Chri-
 stianam zelo, tum affectu quoq; erga Nos om-
 nino confidimus. Qui vicissim omnia fausta
 ex animo comprecantes Vobis affectum benevo-
 lentia Nostræ Casarea clementer conservamus.
 Dabantur in Civitate Nostra Vienna, die vige-
 sima septima Novembris. Anno Domini mil-
 lesimo, sexcentesimo, sexagesimo tertio. Regno-
 rum Nostrorum Romani sexto, Hungaria nona,
 Bohemia verò octavo.

Leopoldus.

Vt J. Walderode.

Inscriptio erat. Charissimis Amicis Nostris
 Generalibus Federati Belgij Statibus.

Enimverò præfentes Ordines ægrè habuit,
 & vix

1664. & vix abfuit à criminatione, ille scriberet
 modus. Solitos se ab Regibus, qui Latine
 exarant, salutari, *Celsi-potentes*. Illo
 titulo minùs decoratos: & inultatam
 vocem, *clementer*, neque datis aliàs à
 litteris insertam. Nec ullo præsentis
 voluntiæ signo subscriptas, at nudo dumtaxat
 subfignatas nomine *Leopoldus*, sine ad
 mento, *Bonus amicus*, qui mos subscribitur
 Regum esset. Hæc dum *Friquetio* ex
 brant, urgentque styli ac litterarum
 ctionem, non is solùm, sed & *Ablegatus*,
 nem asserunt alienam à mente *Cæsaris*
 vationis speciem. Si enim, rebus olim
 cundis, eam noluerit, quis præfumeret jam
 versis, & *Reip.* implorantem auxilia, con
 Ordines honore nolle profecutum? Spe
 dent intra dies omninò viginti eas se pro
 raturus, quibus defectus omnes abunde
 sarciantur. Rogare, ne propterea differat
 audiri *Ablegatus*. Promissis igitur
 modi aliquantò pacatiores, dum *Comites*
 Nonis Martij quo Regum *Ablegatos* soler
 ritu, ad solemnem Ordinum consessum ad
 mittunt, hæc ille palàm exposuit.

27. *Sacra Cæsareæ Majestatis extra Ordinem*
Ejusdem Ablegatus, Rudolphus Comes à Sintzenhau
ejusdem Majestatis nomine Dominationibus
Vestris exponere in mandatis habet: Preterea
sacram Cæsaream Majestatem non debitas

1664.

quin jam- pridem Vestra Dominationes comper-
tum habeant, quâ non solum perfidiâ, sed & vi
ac potentiâ, perpetuus ille Christiani nominis
hostis Turca, dicta sacra Casarea Majestati,
Regnisq; & Provinciis Ejus hereditariis, tum
ipsi etiam sacro Romano Imperio, quin & uni-
verso Christiano Orbi immineat, adeo, ut dicta
Majestas sua Casarea contra Eundem jam non
suastantum, & suorum Regnorum ac Provin-
ciarum vires omnes excutere & exercere, sed
externa etiam auxilia conquirere necesse ha-
beat. Cum igitur inter Status Orbis Christia-
ni ea sit Dominationum Vestrarum dignitas,
amplitudo, & opulentia, quâ jam pridem inter
Principaliores Status & Dominia censerî obti-
nuerunt: quippè quibus amplissima & opulen-
tissima pareant Ditiones & Provincia; qui-
busq; hoc nomine cum Regibus & Principibus
societates constent & foedera: Majestas Cas-
area aliter non potuit, nec debuit, quam ut de
tam gravi periculo, toti populo Christiano, im-
minente cum Dominationibus Vestris communi-
caret, eosque benevolè requireret, ut pro suo
cum in universam rem Christianam Zelo, tum
singulari etiam benevolentia affectu, quem ha-
tenuis Casarea Majestati & Antecessoribus suis
non uno tempore comprobare studuerunt, quam-
primum subsidium aliquod in hoc tam grave
bellum ejusmodi conferre velint, quod non ma-
gnitudini minus harum Provinciarum, quam
necessi-

1664. necessitatis gravitati respondeat. Prout de omnibus cum Deputandis Ministris, si ita bitur, fusiùs conferre desiderat. Actum Comitis 7. Martij Anno 1664.

28. *Cum de-putatis negotia-tio.* Audito sic Ablegato nominant è singulis Provinciis, qui cum eo hac super re con-quantur. Hi verò dum testudineo gra-succedunt, moræ pertæsus, pridie Martij has subjunxit rationes, quibus suam hanc propositionem fulciebat, ita è Ordinibus eas considerari, perpendique stulabat.

Status Belli Hunga-rici, & motiva suppe-tiarum. **E**T primò quidem. Sacram Casaream Ma-jestatem nullam huic bello causam de- sed perpetuum illum, eundemq; infensissimum Christiani nominis hostem, nullà injurià lac- tum, sine ullo justitiæ aut honestatis colore prætextu, Varadinum, arcem munitissimam, ipso Regni Hungariæ confinio Anno 1660. ca- pugnasse, quam ingenti præsidio ad infestandâ vicinas Provincias implevit.

II. Undè Sacra Casarea Majestati impo- tam necessitatem, non solum conscribendâ multuarium Exercitum, quem tanto hosti oppo- neret, sed etiam Sacri Romani Imperij Princi- pes & Status, de ferendo auxilio, interpellandis & aliorum etiam Christiani Orbis Regum & Statuum subsidio circumspiciendi, nisi unum- sum Hungariæ Regnum præsentî periculo expo- situm vellet, & Nobiles illas Provincias, Trans-

Sylvaniam, Valachiam & Moldaviam à Christiana Re-
publica avulsas, Imperio Turcico adjici & mancipari.

III. Cum hostis spem rei amicabiliter componenda fecisset, sacrae Casareae Majestatem, nihil a se desiderare passam esse, quod ad pacem sub honestis conditionibus sanc-
ciendam pertinere posset.

IV. Cum anno praeterito, inter Legatum Casareum & Ali-Bassam Plenipotentiarium Turcicum, tractatio inita esset, & postmodum communi consensu perfecta; sub spe raritabitionis, tum primum alia atq; alia conditiones graviores postulatae, & duriores leges summam cum perfidia quasi impositae, ac demum cum jam copia hostiles immenso numero ex Asia & Europa collectae in Hungariam irrupissent, violatam priorum tractatum fide ac religione, Bellum simul denunciatum & illatum est, Legatus Caesaris contra jus, fasq; gentium vi detentus, & superbe, impotenterq; habitus.

V. Satis constat, captatam à fraudulento hoste opportunitatem temporis, quo Regna & Provincia, quas sacra Casarea Majestas hereditario jure possidet, tam diuturnis bellis, aliisq; causis plus nimio exhaustae sunt, & reliquorum ferè Christianorum Principum vires continuis & quasi civilibus discordiis & simultatibus attrita.

VI. Nihil tamen à Sacra Casarea Majestate, ejusq; Regnis & Provinciis omissum, quo tanti belli moles domesticis viribus, opibusq; sustineri posset, & hostium progressus coërceri, donec promissa ab Imperij Principibus subsidia praesto essent.

VII. Quae cum nec in tempore advenissent, neq; eo numero & apparatu bellico, quem necessitas requirebat, illa

Rr

tema

tempestas latius se diffudit, Neo-varinum & alia minime
momenti Urbes à Turcis expugnata; Moravia Tartarorum
incurfionibus vastata; tot infelicium Christianorum
millia, in duram, perpetuamq; servitutem raptis; Trasiensis
sylvani fides & constantia labefactata; & quod caput
est, ambitioso hosti novi spiritus, stimuliq; additi,
ut non Hungaria solum Regnum, spe improbâ de-
ceperit, sed & ipsam Occidentalis Imperij dignitatem
publicâ professione & jactantiâ affectare.

VIII. Quippè qui proximo Vere in Castris futurum
longè majore vi ac potentiâ, tum Sacram Casaream Ma-
jestatem suam, tum Christianum Imperium aggressum
fide dignis relationibus dicatur, & omnes dominio suo
jectos à 14. ad 60. annum, secum ducturus.

IX. Verum quidem est tanti belli periculum Sac-
cesareæ Majestati, ejusq; Regnis ac Provinciis ex prope-
quo imminere, sed non ideo minùs verum est, hanc causam
non magis omnium Principum Christianorum communitatem
quam singulorum propriam esse.

X. Non eo solum nomine, quod omnes sacro Christiani-
nominis vinculo & Baptismi caractere connexi, unum
veluti Reip. Cives sunt, unumq; corpus constituunt; sed
tem contra illum hostem, qui omnibus pariter insensum est,
qui tot Christianarum ditionum & ipsius Orientalis Im-
perij excidio, in hanc potentiam crevit; & qui nihil ma-
gis in votis habet, quam ut Mahometanâ superstitione pro-
pugnata, Christianam Religionem penitus extinguat.

XI. Sed & alio etiam respectu manifestum est, hanc
belli aleam ad omnes & singulos pertinere, etiamsi nulla
propria securitatis ratio habenda esset.

XII. Cap.

XII. Cum enim in confesso sit, Regnum Hungariae, aliasq; Majestatis suae Provincias, Christianae Reip. tot jam saeculis propugnaculi loco fuisse, neq; minus certum sit, illo aggere perrupto, eversoq; immensam barbararum Nationum colluviem Imperium Romanum inundaturam, cum Germania in medio Europae sita, & ad omnium ferè Christianorum Principum ditiones pertingat, consequens est, unicâ clade (quod DEUS ter optimus avertat) accisis scilicet Sacrae Caesareae Majestatis & Imperij viribus & copiis, fieri posse, ut singulorum Principum Christianorum cervicibus impendeat crudelissimus hostis, omnibus pariter ex proximo formidandus.

XIII. Non militum tantum multitudine (cui tamen omnes Christianorum copia, si in unum conveniant, vix aequales aut pares esse possint) sed militari etiam disciplina, cum in tam numeroso exercitu nullus sit, qui vino utatur, aut alio victu, quam promiscuo, aut aliis deliciis indulgeat; Nullus, qui currus, lixas, mulieres, & alia bellorum impedimenta secum trahat; Adeo, ut Turca minore sumptu & impendio, minore etiam subditorum ruinâ & incommodo, trecenta armatorum millia alere & sub signis continere possit, quam Principes Christiani quinquaginta millia.

XIV. Sed & antiquâ belli gerendi ratione superior est, nempe quod levis sit illi militum jactura, quorum sanguini, vitæq; non parcit, dummodo Provincias occupare aut Urbes expugnare possit: ipsis etiam gregariis militibus ex falsa superstitionis persuasione, certissimæ morti se ultro devotentibus. Aliam verò Principum Christianorum esse conditionem, quibus nulla tanti debet esse victoria, quam

nimiâ Christiani sanguinis profusione emptam vel

XV. Accedit quod hodie, cum summo Christiani nomi-
nis dedecore, Turcicam potentiam auget, iustus fere Chri-
stianorum perfugarum ac proditorum exercitus, qui
inter Christianos Principes gestis exercitati, ignota Tur-
cis pugna committenda, & arcium expugnandarum ar-
simulq; rei castrensis architecturam, in pignus fidei se-
culere.

XVI. In communi causâ hac differentia est, quod vni-
ne Casarea Majestatis de summa rei agitur, quamvis
aliorum pernicie, exitioq; debellari non possit, & quocun-
que vulnus erit, illud in ipso (ut ajunt) pectore &
visceribus excipiet, longo tempore duraturum. Re-
qui verò Principes hoc discrimine defungi possunt, cum
vi incommodo, si eorum potentia, viresq; estimetur, ad
ut dici possit, à sacra Majestate, non tam in periculo
quam in vera, aeternaq; laudis communionem vocari.

XVII. Ante sexcentos annos & postea sæpius Principes
Christiani communibus auspiciis, transmarinas contra
Turcam expeditiones susceperunt, ex solo Christiana pietatis
studio & amore, populis etiam eorum, in promovenda
Religione, fervorem amulantibus, & pecuniam ad mi-
tum stipendia spontè, ultroq; erogantibus.

XVIII. Neq; verò probabile est, ullum ex Principibus
Christianis à Majorum pietate adeò descivisse, ut periculi
tantæ Reipublicæ Christianæ opem ferre nolit, quæ quoniam
magis necessaria est, cum non de inferendo, sed repellendo
bello agatur, eò sanctior & acceptior DEO erit societas,
quam tacito veluti fœdere contrahent Principes Christiani,
si pariter omnibus cura sit, ne Reipublica Christiana ali-
quid detrimenti patiaur.

XIX. Hujus sacrae societatis fama (quae omnia in ma-
jus extollet) non minima confecti belli pars erit ; saltem
iraculento hosti eripiet spem , quam ipsi Christianorum
Principum discordia fecerant ; quâ destitutus non tam su-
perbe se efferet, sed in unum finem conspirantes horrebit,
quos factionibus divisos contempserat.

XX. Utcunq; casura res est, sua Majestas cum summa
eterna Providentiae reverentiâ, vitam, sanguinemque
suum in sacrificium DEO OPT. MAX. quotidie offert,
simulq; parata est, suas, suorumq; subditorum opes & for-
tunas, tum propriae defensionis, tum bono publico impen-
dere.

XXI. Sed ne videri posset, aliquâ in re, muneri suo de-
fuisse, & ut in omnem eventum ipsi solatio sit nihil omisisse,
Christianos Principes, missis ad omnes, singulosque ex pri-
maria nobilitate sua Ablegatis, in partem gloriae, societa-
temq; tam salutaris consilij, non exemplo tantum suo, sed
precibus etiam, monitisq; invitandos duxit.

XXII. Quo in proposito statim ad praefatos DD. Ordi-
nes, oculos, mentemque convertit, cum pro reliquâ eorum
prudentia & rerum agendarum peritiâ, solertiâque dubi-
tari non possit, quin eam sint deliberationem facturi, quae
reliquis Principibus documento sit, commune periculum
communibus etiam consiliis & sumptibus propulsandum es-
se, imò quin ea sint subsidia submissuri, quae tum magnitu-
dini periculi respondeant, tum dignitati, quam inter alios
Christiani Orbis Status obtinent, tum publicae, privatæq;
Provinciarum, quibus imperant, opulentiae & felicitati
cum pristina gloria, partiq; pace, belloq; laudibus, tum de-
niq; vera, sinceræq; amicitia, quae ipsis cum Imperato-
ribus

ribus & Sacro Romano Imperio semper intercedit.

XXIII. Maximè cum satis intelligant raro tantam
& ostentanda virtutis materiam offerri. Ideoq; sua Ma-
jestas non cunctanter credidit, illos eò spontè inclinatos
ut sanctissimis armis misceri velint, & inter publica
vindices numerari; nec passuros, Remp. Christianam
primi, aut ejus conservatam gloriam omnino alienam esse.

XXIV. Hoc unum monendum superest, maximum
bene gerende momentum in celeritate positum esse, quod
omnia beneficia commendet, in hoc negotio necessaria
ut sua Majestas occupare tempus & hostium consilia
vertere possit.

XXV. Sed super omnia advertendum, quantum inter
omnium, qui tam pij oneris partem aliquam in se suscipere
volunt, ut hoc anno, vel quam-primum fieri potest, hoc
internecinum bellum conficiatur, id est, ut hostis occupans
Hungariae Regni (quod sibi in predam destinat) & con-
tendi Imperij spe frustratus, incipiat honesta pacis con-
silio amplecti, quam felicitatem sua Majestas sibi polliceri
non potest, nisi ab omnibus Principibus Christianis sup-
plicia subministrantur, quae ad obtinendam victoriam,
sustinendam sine magna clade tanti belli molem, sunt suffi-
ciunt.

XXVI. Protracto autem in plures annos bello vix aliter
fieri potest, quin Sacrae Majestatis, simulq; Romani Imper-
rij vires consumantur paulatim & atterantur; Unde ma-
jor erit externi auxilij implorandi necessitas, quod in tam
misero rerum statu recusari non poterit ab iis, qui proprio
securitatis curam non penitus deposuerunt: Unde dictum
est, quanto minus Principes Christiani hac aetate in sacro

belli impensas conferent, tanto plus sequentibus annis daturus ex necessitate, neq; in suam laudem, sed ut propria magis saluti consulant.

XXVII. Hæc fere sunt, quæ sua Majestas DD. Ordinibus exponi voluit, quibus addi possent non leves in speciem rationes, quas omitti placuit, ne nimis anxiam oratione dubitasse videretur, an DD. Ordines tam celebre specimen pij & generosi animi, & de amicorum salute solliciti, Orbi Christiano essent daturi.

XXVIII. Quod ad formam, modumq; mittendi subsidij, æquum sanè est, totam hanc rem arbitrio & prudentia DD. Ordinum relinquere, nisi quod fortasse expediat, ut DD. Commissarij cum subscripto Ablegato Cesareo examinent, quâ ratione utiliùs in causam communem, stimulq; cum minore DD. Ordinum dispendio hoc negotium expediri possit.

XXIX. Caterum uti DD. Ordinibus tam honesti facti conscientia, quæ viris fortibus præcipua merces est, sic Majestati suæ, cunctisq; S. Rom. Imperij Principibus æterna superstes erit tanti beneficij memoria, ipsisq; Germanâ fide cura erit, ut apud memores, gratosq; bene collocatum hoc velut æris alieni depositum, DD. Ordines agnoscant.

Quas hæc rationes eò libentiùs inserui, 1664. quod omnem ferè belli Turcici statum complectantur. Non deerat in Hollandiâ privatorum zelus, Christianæ rei auxilia parantium, liberali quadam pronitate. Sed Progent Bavin-
 tavi.
 glos, Danosq; conversi, exemplar ab iis expectabant, quod ipsi sequerentur. Ne dum,

1664. recusantibus suppetias aliis, Ordines fore succurrerent, in suo *Turcus* Imperio *Batavos* commerciis prohiberet; & solis ita *Britannia* via sterneretur, in tot Provinciis, Regni *mercaturam* faciendi, cum inexplicabili dispendio *Batavæ* nationis. Et *Angli* quidem causati nec *Cæsarem* olim necessitatibus *opitulatum*, nec unquam *Regnorum* restitutionem *Regi* gratulatum fuisse, (quamvis occasione matrimonij cum *Lusitanâ*, *Hispanis* tunc adhuc hoste, initi excusare *Cæsareni* niterentur) auxilia recusabant. Nec aliâ fanè mens *Ordinibus* erat, qui eodem tempore & ab *Anglis* timebant navale bellum, & arma parabant *Monasteriensi*, ex arce *Dyle-riana* deturbando. Tandem igitur *Ablegato* respondent, optasse quidem *Ordines* eorum temporum, rerumq; felicitatem, quâ pro *simulâ* propensione, in retundendis *Turcarum* conatibus, cum *Rege* imprimis *Britanno* partiri licisset gloriam, vires quoq; suas *Cæsareæ* *Majestatis* ac *Romani* totius *Imperij* bono cumulatum consecrare. Sed eam domi palam esse, fore necessitatem suos, suaque tuendi, ac domatam etiam *Turcicos* in mari *mediterraneo* piratas, ut *Cæsarem* sperent facile excusaturum, quod nec *prouitati* suæ, nec *ipsius* desiderio hac vice possint respondere. Nihilominus polliceri, si continuato bello tempora successerint magis *secunda*, certaturos cum vicino *Britanniarum*

Forum-
dem re-
solutio.

1664.

Rege, eaq; conjunctim media arrepturos, qui sicut utriq; Statui gloriosa, ita expellendis undequaq; Turcis, & conservando Orbi Christiano utilissima videantur. Rogare Ablegatum, hœc ut sincerè referat, simulq; Remp. affirmet in continuanda cum Casare & Imperio amicitia constantem fore.

Donatum exin aureo torque quingentorum circiter imperialium, & cujus hic annecto formam, onustum papyro in Austriam dimiserunt.

Serenissime ac Potentissime Imperator.

Litteras, quas Vestra Majestas Casarea Et res ad Nos dedit Vienna die 27. Novembris 1663. sponsoria exaratas, in tempore per Illustrem & Magnificum Dominum Comitem de Sintzendorff, Majestatis Vestra Casarea Ablegatum, rectè accepimus, Eundemq; in confessu Nostro perorantem, quæ in mandatis habuit, audivimus. Subinde etiam per Commissarios nostros cum eo egimus; quid verò tandem peractum sit ex eo ipso, & ex responso, quod inscriptis Eidem tradi curavimus, Vestra Sacra Majestas abundè intelliget. Nostrum jam, & in eodem Domino Comite discedente, eximiam in negotiis gerendis prudentiam & dexteritatem, in colloquiis facundiam, in alloquiis comitatem, & singulariter erga Majestatem Vestram Casaream affectum & zelum, mirari & commendare. Talem sanè, quamdiu apud Nos fuit, se gessit, ut ipsum

Rr 5

note

1664. non vehementer amare, & eximias in illo dote non laudare non possimus. Ut tales sint omnes, qui ad Nos ablegantur Ministri, ex animo optamus. Quare Majestati Vestrae Casareae maximas quas possimus, agimus gratias, quod eorum hunc Nobis omnibus modis gratissimum Nos mittere voluerit; speramus etiam, Eum cum in aulam redierit, de insigni Nostroque Imperium & Casaream Vestram Majestatem affectu ita testaturum, ut de eo nullus debitorum locus sit reliquus. Itaque, rogamus DEUM Opt. Max. ut Casaream Vestram Majestatem dom. Imperij & Orbis Christiani bono seruet incolumem, & innumeris in hostem communem commulet Triumphis.

30. Dum hæc apud Batavos gerebantur, Bernardus Mallingerotius sub Nonas Martias in arce Ottensteinâ vivere desit. Pridiè se ruri adhuc oblectaverat vicinum apud Curionem Parœciæ *Vessemensis*; nec aliquod tam repentinae mutationis signum eo die notaverat Engelbertus *Haverbovius Ottensteinensis* Parochus, quando repertum in secessu sede mortuum nunciârunt. Accepit id *Christophorus Bernardus Ratisbonæ* vultu neque mæsto, neque hilari, gavisus tamen, quod lupulitem generosè semper, lauteque habuisset. Nec enim victus ipsi, amictusque magnate dignus, unquam defuit; & custodia fructus est tam liberali, ut non vicinis tantum con-

Mallingerotius
moritur
Ottensteinâ.

convivere, sed & ipsi, quoties lubitum, ad vi- 1664.
 cinos exire licuerit, præfente tamen ex hono-
 ratoribus manipulari. Consultus Princeps,
 quid mortuo fieri vellet, quo summatem de-
 cet ritu, sepeliendum decrevit. Delatum
Vredenam funus, in ade Paræciali, medio *Sepeli-*
 choro, honorificè tumulârunt. Vir magnæ *tur Vre-*
 fuit lectionis, sed à doctrina magis, quam *dena.*
 prudentia æstimatus. Nec enim immeritò
 stupuit sanus quisque, ætate jam provecum,
 tam fuisse adhuc mentis suæ tenacem, ut *Chri-*
stophorum Bernardum, ritè electum, à Ponti-
 fice confirmatum, à Cæsare investitum, à sub-
 ditis præstitâ obedientiâ inauguratum, firma-
 tumque, qualem Orbis venerabatur univer-
 sus, Principem unus ipse Monasteriensem co-
 lere recusaret. Ita magna sæpè ingenia de-
 mentia mixturam habent.

Ratisbonæ interea non tam res Germanæ, 31.
 quam contra Turcum auxilia curabantur. *C. Bern.*
 Et Ordines quidem Imperij auxiliarium Cæ- *Director*
 sari exercitum decrevêre, sed à Ducibus suis *armorũ*
 gubernandum. Institutâ demùm consulta *Imperij.*
 tione, quorum humeris Imperialis militia
 gubernatio crederetur, omnium tandem con-
 sensu *Christophorus Bernardus Princeps Mo-*
nasteriensis, & *Fridericus Marchio-Badeno-*
Durlacenus renunciati sunt, exercituum, ar-
 morumque Imperij *Directores*. De metho-
 do adversus Turcam belligerandi, in pleno
 Senatu

1664. Senatu ita præclare aliquando, peroravit Monasteriensis, eaque consilia, viam ac modum suggestit, ut quando nuper Hungariæ finibus arma denuò Mars Turcicus inferre cœpit, hanc defuncti Herois orationem inquit, acta idcirco Ratisbonensia studiosè lustrata, iussit Cæsar, daturus eam Militiæ Ducibus, ceu exemplar, quod imitarentur. Et plures indè confirmant geminata non raro militum vota, Monasteriensem olim Principem Consultorem hodiè, Ducemque Belli comprecantur.

32. E Batavis subindè *Christophorus Bernardus* certior istam inter Remp. & Frisones, de tradenda arce *Dyleriana* haud cunctanter agi, ut horum conata intervertat, *Georgium Christianum* primò dehortatur; tum ipso etiam volente, annitentibus *Moguntino* & *Argentorariensi* velut arbitris, cum Duce *Wurtembergio*, *Georgij Christiani* socero, super factâ futurâque executione transigit; nec modicam pecuniæ summam stipulatus, *Liechtensteino* erogandam, ipse possessionem arcis sibi firmat: donec à Frisonibus æs restituatur. Dum præsentibus isthic Electores, Principesque postremùm convivas habet, crateres non vino tantùm, sed & centenariâ, quod isthic insolitum erat, tormentorum laxatione coronantur. Campestris eò machinas novæ artis è *Westphalia* advehicuraverat, quæ eadem faci-

Super
lite
Liech-
tenstei-
niana
transigit
Ratis-
bona.

facilitate ac festinatione, quâ bombardæ, far-
ciri poterant & exonerari, ut in prælio contra
communem hostem nil inveniri posse expedi-
tius comprobaret. At Vere passim decur-
rente, ut Hungarico se itineri accingat, com-
ponatque res suas domi, festinat tantisper in
Westphaliam redire. Et Monasterium fe-
liciter regressus, quanquam triennio ante, tot
armatorum millia Ductore Luca Spico, & reverti-
tur.
anno præcedente mille ducentos, Cæsari sup-
petias dedisset; nunc iterum tamen mille,
veteranum profectò, exercitumque militem
cum bellico apparatu in Hungariam præmit-
tit, ipse brevi successurus. Nihil enim sini-
stri suspicabatur, qui jam cum Friso super ar-
ce Dylarianâ Ratisbonæ convenerat; nec ad-
versi quidquam metuebat, qui conciliatis non
tantum favoribus Principum Imperij, sed tot
etiam sociorum viribus fulciebatur; at verò,
nec vim ausuros eo tempore Batavorum Or-
dines; quo Christianorum arma in Turcam
convertebantur, nimis se præfidenter postea
doluit arbitratum.

Nam vix posterior subsidiarius miles reli-
ctâ Westphaliâ in Austriam antecede-
bat, cum Batavi arma & vim parare;
è præfidiis educi copiæ; congregari exerci-
tus; nominari Dux, *Guilielmus Fridericus*
Nassovia Princeps, Frisia Gubernator. Cen-
turæ erant peditem nonaginta, equitum vi-
ginti.

1664.

In West-
phaliam
reverti-
tur.Novum
in Hun-
gariam
militem
præmit-
tit.

33.

Batavi
Castello
Dylaria-
no vim
parant.

1664. ginti. Numerus præsidio Monasteriensi expellendo par. Nec enim majore opus fuit dum miles Monasteriensis in Hungariam præmissus, & Cæsar ac Imperium, sociique bello Turcico implicabantur.

Quam Friquetius decimâ septimâ Aprilis Ordinibus Haga commonstrat. Examinatam Casarea Majestate Principis Monasteriensis Frisia executionem; nec offendisse quidquam ab ipso non observatum, quod Imperii leges præseriberent Executori. Prorogasse soluturam diem Frisio Principi, sed eo, neque pactis, neque promissis stante, non potuisse non uti potestate, à Augusto & Imperij Legibus attributâ, eamque subjicere arcem, quæ uti in Frisia & Imperij solita erat, facilitatem postea conferret executioni prosequenda; donec creditori constaret esse satisfactum. Innotuisse Cæsari interceptum esse, ne minimâ quidem vi, vel incolis vel vicinis illatâ; nec à subditis Frisæ exactum quidquam supra annuos redditus, qui Principi debebantur. Id arcis Gubernatori ab Episcopo jussum, & eam ipsam esse Cæsaris intentionem, qui uti debitum creditori solutum velit; ita nolit supra illud, vel quidquam à subditis extorqueri. Verùm admiratam fuisse Majestatem suam, quando ex eò processu immeritam Ordinum indignationem percepit; cum miles Monasteriensis, nec terras ullibi retigeret Provinciarum; nec uspiam aliquid offensâ dignum perpetravit.

travit. Profecto etiam neque sinistri suspicio-
nem mereri eam praesidiariorum arcis paucita-
tem; quâ prae unam, duos Imperij Principes
concernentis sententia, in supremo lata dicaſte-
rio, ipsarumq; partium solenni pacto firmata
executionem, nihil intendatur. Si quid pecca-
tum sit, edicant; curaturum Caesarem, ut quan-
to cyus corrigatur. Et jam tum curasse, ne
quid fiat legibus Imperij adversum.

Hac jussu Caesaris depromi: nunc vero, cum
fama spargat ex insolito apparatu crescens, deli-
berari ab Ordinibus de obsidenda arce Dyleria-
nâ, & ejectis Monasteriensibus praesidio etiam
suo firmandâ; ipsum quod gerit munus, impo-
nere sibi necessitatem commonendi, ut pensicu-
latius considerent, armatâ manu Imperium ag-
gredi, idem esse, ac bellum ei denunciare, à quo
Resp. hac nihil unquam incommodi passa sit.
Paradoxum Orbi Christiano fore, si quo tempo-
re in Hungaria à Turcis, ab Ordinibus in
Westphalia, Imperij fines infestentur. Nihil
juris acquiri Resp. ex consensu forte Frisij Prin-
cipis, quin potius is ita dignus sit, quem Procu-
rator Fisci Imperialis, ceu criminis laesae Maje-
statis reum, serio persequatur. Amicitia, si
qua ex vicinia sit, non debeat esse praetextus im-
pedimenti justitiae, ut propterea debitor Prin-
ceps secundum Imperij constitutiones creditoris
satisfacere non obligetur. Perperam dici ist-
hac executione opprimi Frisium Principem; to-
lera-

lera-

1664.

lerabilius namq; astimari solutionem, qua
 cutione bene ordinatâ, statis per intervalla tem-
 poribus permittatur; quam si raptis uno quo-
 impetu bonis, proventibusq;, aut inextricabili
 pecuniarum corrogatione in eam precipitè
 contingeret abyssum, unde exemptio postea
 nis esset desperata. Nec mirum, si arcis Geln-
 nator negarit potestatem sibi factam numero
 ceptandi; qui pacto dictante non in arce Dy-
 riana, sed in sinibus Monasteriensium Meppen
 numerandi erant. Quod si tamen in eo ex-
 sum esset; haud aliud inde convinci, quam
 die oblatis nec deberi, nec exigi posse
 sum. Quidquid demum sit, constare orbi
 verso, controversiæ hujus Legitimos Judicium
 quaquam esse Ordines Provinciarum; & tunc
 eo minus, si quid etiam incommodi naturæ
 jus illis tribui, suis Imperium armis invadenti-
 qui eâ tutamenti specie, propria tantum commu-
 da, non vicini Principis querant: dum non ar-
 cem solum evacuare presidio Monasteriensi, sed
 suo firmare intendant. Sanè Westphalia
 Proceribus Ordines fore suspectiores, si fortis-
 litio in ipsis Imperij terris presidium imponant,
 quâ Republica Christophorus Bernardus fecerit,
 dum arcem extra Provincias, in vicinia
 tantum interceptam, milite suo & annonâ com-
 munit. Verum nec eam hætenus, utpote à Me-
 nasteriensibus tumultuario duntaxat opere fir-
 matam, justæmunitionis nomen mereri; nec

expugnationem propterea censerì posse Reip. gloriosam; sed Christiani tamen cuiusq; sanguinis reatui, ac plurimis, quæ ex ea nascentur, incommodis obnoxiam fore. Verum cum re adhuc integrâ necdum eò deventum sit, nomine Casarea Majestatis requiri Ordines, ut aliquos designent, cum quibus conferat, & ea exquirat media, quæ serviant rei adeò periculosa, ad satisfactionem partium, & ex mente sua Majestatis componenda.

Non tamen idcò ab incepta armorum Sed fruftratione desistunt Batavi; sed mente jam strâ. obfirmati, ni miles præfidiarius Dylarianâ arce, aut jussus, aut spontè cedat, expugnationem decernunt; ejusque causas exprimunt Batavi hac epistolâ ad Christophorum Bernardum tertio Calendarum Maij exaratâ.

Confisi eramus Liechtensteinianum debitum nem de-
posit iteratam, & nostro & Principis Frisia O-
cernunt. rialis nomine, amicâ toties oblationem, jam-
pridem extinctum, & Fortalitium Dylarianum Eorum
præsidio suo evacuatum fuisse. Sed quia præ-
ter omnem spem & expectationem contrarium stoph.
experimur (quamvis non sine dolore) fateri Bern.
debemus impositam nobis necessitatem totis viri-
bus cogere præfidiarios, ut fortalitium deserant,
& idcirco parare omnia, quæ ad hunc finem
quoquomodo desiderabuntur. Non una sanè
ratio id à Nobis extorsit, ut qui ab omni injuriâ
vindicare Oest-Frisia Principem obligamur.

Ss

santa

1664. tantâ nunc iniquitate oppressum non pro
 non liberemus. Quis enim manifestam esse
 pressionem negabit, debitorem Principem
 oblatam, quæ quidem à Liechtensteinio
 possit, pecuniæ solutionem, continuatâ tam
 rosâ executione adhuc gravari? Excusant
 quit, quod Delegati, quibus V. Celsitudo
 statem fecit à Conductoribus, Colonisq; in
 intra mensem exigendi debitum, pactum
 terminum priorem, oblatâ etiam ante
 numeratione, pecuniam nolint acceptare,
 dare apocham, multo minus executione
 sedere, vel ex arce educere presidium, cum
 defectum potestatis. Id quod damnari
 totius Orbis iudicio, ut quæ poscatur pecunia
 sponte etiam oblata non repudietur modo
 executio præterea, apprehensaq; semel
 Dylariani possessio continuetur; cum iure
 tissimum sit, oblatione pignus solvi, non
 dem, ut non causam tantum, sed & omnem
 sorbeat executionis prætextum. Hospitatio
 litum in Frisia & in arce Dylariana in
 mino talis est, qualis vix aliàs tentari potest
 pressio. Fuit equidem reddita Nobis epistola
 situdinis Va. vigesimo octavo lapsi præsentis
 prælis Ratisbonæ data; quâ causam hanc
 ficabat coram Aulico Imperiali iudicio præse-
 tam esse, eoque cum suis an- et connexis pertinere
 amicū ita colloquium à Nobis suo gestum, quæ
 tumq; non secus declinans, ac si res ista Nos
 non

nimæ gentium concerneret; cum tamen summa 1664.
tota termini primi, & magna pars secundi, No-
strâ sollicitudine in Provinciis hisce, & vel ideò,
procurata sit, ut & Liechtensteinio Principi sa-
tisfieret, & Oest-Frisia ab hujusmodi permole-
sta executione liberaretur: præterquam quod
aliunde Reip. hujus intersit, ut conservetur
Oest-Frisia Comitatus. Sed & decimâ nonâ
hujus, Principem istum requisivimus, ut præter
termini primi, etiam secundi solutionem, quæ
tertiâ Maij stylo novo expirabit, pariter offer-
ret. Ea enim pecunia, uti parata est, ita quo-
que, si quidem Castello Dyleiano presidarij an-
tea excefferint, eodem tempore receptari potest.
Quod si verò hujusmodi insinuatio hætenus o-
missa sit, Nos eam nunc supplemus, spondemusq;
pactam utroq; termino, pecuniarum numeratio-
nem. Id quod hisce significandum duximus
confidentes Celsitudinem V. rationibus tam præ-
gnantibus tandem motum iri, ut ad prevenien-
dum tot incommodis, quæ exinde cateroquin nas-
centur, haud gravatim in Frisia supersedeat
executione, & arce imprimis Dyleianâ antè
diem instantis jam Maij decimum presidio suo
denudet. Sin minùs, nolumus in insontes Nos
malorum culpam conferri, quæ inevitabili casta
subsequentur; siquidem militia nostra tunc a-
get, & solus in noxa is erit, cujus iniqua actio-
nes, oppressionesq; causam præbuere.

1664.

Has dum Tubicen Batavus ad Principem
Monasterium perfert, Brabeckius eadem
quarta Maij, simulac responsio his fere ve-
bis, Comitum-Hagam expeditur.

35.
Responsio
Mona-
sterien-
sis.

Præpotentes Domini, Perdilecti amici
& vicini.

Ex litteris Vestris non sine admiratione per-
cepimus sinistram de Nobis opinionem, haud
vobis ex eorum sensu profectam, qui de Commis-
sione Caesaris in causa Liechtensteiniana vel non
informati, vel partibus impliciti sint. Idcirco
tò Nobis acerbius accidit, quò sanctius obser-
vata semper fuit vicinia, amicitiaq; nostra. Ne-
quaquam sanè arbitramur oppressum à
Frisia Principem, aut unquam immerito
vatum esse; quin contra, si genuino cause
penitus quis imbuatur, illico apparebit, re-
rem Commissionis emoluisse Nos; & postquam
Caesarea iussionis respectu, amicam præ-
compositionem; nec imperatam solum in Dy-
stias Esens, Stedesdorff & Wittmundt
missionem, Nostrâ-metipsâ sponse impedire
sed & pactum primum solutionis terminum
ad ipsorummet Frisonum preces, promptissime
pari prorogasse; imò & familiarem cum
cino necessitudinem probasse semper. At ve-
rò, cum nec promissis stare, nec à lapsu in
prorogationis statueret diem contractui imple-
do; quin potius sinistra cuiusq; suspitionis
sam præberet; & interim Principis Liechten-
steinij

Steinij Legatus constanter urgeret effectum judicati: non potuimus non facere id, quod jus, quod equitas, quod Casarea commissio, & ipsius pacti, pridie Nonas Septembris Auricæ nuper firmati, verba dictabant, urgebatq; clausula parata executionis & juris constituti. Et quamquam rationibus Vestris potiores Nos, gravioresq; opponere possemus, qua luculenter Orbi probarent universo, nullis omnino nixam fundamentis comminationem illam, quam Præpotentes VV. DD. litteris suis expressere; nec eam Nobis solum, sed potius Casari, Imperio, sociisq; Regibus ac Principibus intentatam; qua tamen nec suo periculo careat; hac tamen vice intactas eas volumus; qui Nostrum Consiliarium intimiorem & adis Cathedralis Decanum Brabeckium ad Vos ablegavimus non minore cum fiducia, quam instructione; ut quemadmodum Nos in ipsa hac causa Liechtensteiniana presentes Kniphusium & Doctorem Rossel Principis Frisia Legatos cum satisfactione dimisimus, idem ipsum Vobis probet; atq; ita omnis interpretatio sinistra è medio tollatur; quò verius sentiant Præpotentes DD. VV. nihil aequè, ac constantis amicitie perseverantiam, cordi Nobis futurum.

Quas dum Hagam infert idem, qui Bata- 36.
vorum litteras Monasterium antè detulerat Brabe-
Tubicen, Brabeckius jam appulsus erat; fer- kius Ha-
vebatque statim negotiatio ipsum inter, ac ga de

1664. ^{Novo} Ordinum, Frisiæque Delegatos. Et bre-
cum Fri- superata videbatur omnis difficultas. Dele-
sis con- tum namque agnoscebat Friso & solutionem
trahit. offerebat: Nec argentum recusabat Lica-
 tensteinus: Neque præsidio vacuare Dyo-
 rianam Arcem invitus ultra Monasterien-
 sed hic soli *Frisio* Principi, *Batavi* vero
 arcem tradi volebant. *Frisones*, qui eadem
 mutuandi, solvendi que æris necessitate
 mebantur, sin arcem negarent, timebant Ba-
 tavorum offensam; si traderent, Cæsaris
 Imperij vindictam. Inter utramque dif-
 cultatem subindè ambigui, *Batavos* tandem
 orant, ipsi Castellum everti ut patiantur. Ita
 facile omnem offensionis utrinque an-
 sublatum iri. Sed id tergiversante Rep.
 vel traditionem, vel expugnationem machi-
 nante, *Brabeckius* festinato tractatu, annua-
 to pariter *Friquetio*, certis conditionibus con-
 venit cum *Frisiæ* Delegatis; quod Monaste-
 rium quam celerrimè transmissum *Christi-*
phorus Bernardus ipso statim momento con-
 probavit. Summa hæc erat. Pactum nuper
C. Bern. *Auricanum* ad litteram partes exequentur. Se-
mox ap- cundum id Princeps *Frisiæ Orientalis*, in pri-
probat. mis duobus terminis satisfiat, propriè Kalen-
 darum Junij *Meppenæ* numerabit ducenta
 octuaginta quinque millia *Imperialium* *Daler-*
rum. Hanc *Monasterienses* summam receptu-
 runt erga *Apotham*, quâ utrinque convenietur
 forma,

formâ, expediendam. Ut primum as numeratum, traditumq³ fuerit, Gubernator Dylarianus, Principis jussu, vacuabit arcem: Nec machinas solum, sed & penum omnem, ac bellicam suppellectilem, quæq³ alia à Monasteriensibus illata sunt, liber exportabit. Arbitrarium quoq³ sit evertere munimenta, quæ Monasterienses erexere. Sed intra dies crumino sex hæc absolvantur. Exin Principi Frisio Castellum, ejusq³ claves tradet Gubernator; ita quidem, ut sola Frisio potestas sit de Castello pro lubitu disponendi. Quæ reliquæ sint difficultates, uti expensarum, ac novorum, veterumq³ censuum, per utriusq³ partis Delegates amicâ tunc viâ Meppenæ terminentur.

Novâ hæc pactio, quâ festinatione concepta, probataque erat, Hagam remittebatur, ut jam vigesimâ quintâ Maij in Ordinum Senatu perlecta fuerit, discussaque. Et hi quidem repente mutant aliqua, nonnulla temperant, alia superaddunt. Statum Meppenæ diem in quartam Junij extendunt; Supraque summam antè designatam pro resultante ad id tempus censu, adjungunt quindecies mille. Quo certius autem de valore acceptilationis constare possit, ejus volunt exemplar Frisie Delegatis antè consignari, quam pecunia Meppenam deportetur. Argentum verò nolunt Liechtensteinio numerari, sed comparandis illicò possessionibus impendi, quæ non minus, quam extans tunc reliquis adhuc terminis pecunia, pro suo, assertoque Ritbergiorum Comi-

37.
Quid in
eo mu-
tent Ba-
tavi.

1664. tum jure, tam diu Principi Oest-
 affecta sint, donec hunc omnis postea
 Dumq; stia Liechtensteinius securum præstet. Hi
 desuper animi sui sensa dum Monasteriensi & Fri-
 Princi- significant Ordines, simulac monent, ut
 pibus uterque Delegatos quantocyus expediat
 scribunt. iiq; antè Kalendas Junij in Castris præ-
 Arcem Dylarianam præsentem se sistant,
 cum potestate, ut correctam ita pactam
 utrinque acceptam doceant, ne secundum
 pus sit expectare Principum confirmationem.

Castil- Jamq; Nassovius, ducto per Embol-
 lum Dy- diam exercitu ante diem Maij vigesimum
 lerianum agro Dylariano castra metatus, Castellum op-
 oppugna- pugnabat. Id quanquam strenuè defendebant
 tur. præsidarij, paulatim tamen spectatâ loci
 munitione & defensorum numero, deditionem
 nem facturi facillè credebantur.

Enimverò Friquetius indignitate rei pro-
 38. vocatus acriter expostulat pertinaciam Reipublice
 Indigna- demolitionem recusantis munimenti à Principi
 rio & Monasteriensi permissam, & à Frisone totius
 protesta- petitam. Hac sanè tentamenta adversus
 no Mi- contestata non semel sinceritati, quâ constantem
 nistri Cesari & Imperio amicitiam asseruere. Mi-
 Casarei. ratur Ordines nuperam monitionem suam ne
 responso quidem hætenus dignatos. Secus ex-
 stimat mereri Cesaris Majestatem, cujus vultu
 jussu sit executus. Presentem arcis oppugna-
 tionem non Principis tantum Monasteriensi, sed

sed totius Imperij causam esse, à quo nihil hu-
 cusq; adversitatis Resp. senserit. Esse quan-
 dam & fama vitam, quam tenerrime conser-
 vari existimationis intersit. Quid sensuros
 Orbis Christiani Principes, qui dum in Oriente
 Casari suppetias ferunt contra communem ho-
 stem, in Occidente laceffi Eundem notant armis
 Batavorum? Casari gratis, quod Principem
 iniquè oppressum tueantur, qui Gubernatoris
 Dylariani humanitatem commendet; nec se,
 nec subditos ab isto presidio hæctenus lesos fa-
 teatur; & integrum jam bimestre urgeat, ad-
 mitti arcis everisionem; omnemq; ita offensionis
 lapidem è medio tolli. Iniquum esse Reip. mo-
 limen, Principem Frisium cogentis, ut mutuet
 argentum & communiat arcem; munitamq;
 Batavis tradat, contra quam ipse obligetur &
 sua intersit. Suas sibi potiùs pecunias retine-
 ant, quam ita destinatas mutuentur. Legibus
 Imperij cautum esse, ne quis Ordo fortalitia
 transferat in extraneum potentiozem; Verùm
 nec hoc Frisium intendisse, qui tanto jam tempo-
 re tergiversatus sit consentire, & Ordines rogâ-
 rit, ne ad eam se adigerent necessitatem. Sed
 & Provincias, solâ pactione Ratisbonensi, ab ea
 mutui cura satis exoneratas esse, ut omnino su-
 perfluum censeatur, rei ad solum Imperium per-
 tinenti sese ultrò immiscere. Frisonem jam an-
 te tam Ratisbonæ, quam Auricæ, cum Princi-
 pibus Monasteriensi & Liechtensteinio transe-

1664. gisse, obligasseq; fortunas omnes, adjecta
 clausulâ paratæ executionis & constituti
 fessorij; atq; ita quidquid postmodo cum
 Rep. pactus sit, hoc ipso irritum censei: cum
 anteriori contractu posthumus absorbeat.
 felicem se fateri quidem debeat, qui sua rei
 dia & operam incassum navarit amicitia
 Imperium & Remp. conservanda; cum
 modici momenti rem longius prahaberet.
 gatur nihilominus iterum interpellare Ordines
 ut maturius pensitent incommoda, que inde
 nabili profecto cursu ex hoc fonte promanant.
 Quod si vero postpositis omnibus decretum
 porro exequi & Castellum Dylerianum
 manu expugnare, subactamq; præsidio
 mare pergant, pro eâ quod gerit officii obligati-
 ne, protestari se non minus de usurpatione
 iniquâ, violentâq; & innoxia quavis Christi-
 ani sanguinis effusione, quam tractant Remp.
 ter & Frisium, adversus Impery, patriamq;
 celebrato.

39. Verum istis *Friquetij* rationibus Ordines
 nequicquam moti, cœptam eodem die Castellum
 li obsidionem sub Principe *Nassovio* conti-
 nuabant. Cum autem in ultimam mensis ho-
 ram rejecissent tractatus *Frisio-Monasteria-*
Nassovius. ses, sub vigesimam nonam jussus est *Nassovius*
 oppugnando tantisper superfedere: nihil
 tamen minus interea suæ prospicere securita-
 ti, & ea curare, quæ decreto fini postea dele-
 virent.

virent. Quod si verò pridie Kalendarum Junij, partium Legati non adsint, aut eâ muniti potestate, quam Principibus Ordines præscripsere; haud aliam præstolatus monitionem insistet arci expugnanda.

1664.

Christophorus Bernardus, qui solâ Cæsaris & Imperij famâ territos Ordines, nec extrema hujusmodi aufuros, præfidenter nimis existimârat, errorem ferius dolet. Quodque suum ipse in *Hungariam* militem præmisisset, & sociorum vires expeditione Turcica distinerentur, ita inermis arcem liberare, aut impedire expugnationem, meritò desperabat. Sed & demiratus istum scribendi non minùs, quam agendi modum, haud imprudenter colligebat, nihil feriò Remp. velle, nisi arcis deditionem arbitratus suo. Cum enim decreta Ordinum, Comitum Hagâ Monasterium perferri, indeque Legati, cum potestate ad Bataavorum amussim præscripta, in Frisiam amandari, & hæc spatio dierum omninò quinque confici deberent, intra terminos impossibilitatis arctari se querebatur. Et novæ ab Ordinibus projectæ transactioni insertam esse emptionem bonorum, ne quidem antea cogitatam: easque pariter obtrusas, seu potestatis Legatorum, seu acceptilationis componendæ subtilitates, ut cû intra eâ temporis arctitudinē vix observari omnes possent, prompta semper esset occasio tractatus vel non inchoandi,

40.

Mona-
steriensis
desperat
libera-
tionem.De va-
riis dolet.

vol

1664. vel abrumpendi. Facturus igitur ex necessitate virtutem, nonnullos in Frisiam

Premittit Legatos in Frisiam. præmittit, *Brabeckium* verò & *Wiederickium Meppenam* subsequi mox jubet. primi quidem velociter equis vecti, sub eundem diem, proximè Castra, conspectui eorum se stiterunt. Ab Excubitoribus

tim denunciati, dum primores circumrogantque, num offendissent alicubi *Meppensium* Principis Legatos; Illos ipsos respondere se esse. An non igitur, cum *Castrensibus* isthic Provinciarum *Legatis* colloqui velint. Cum *Frisiis*, iussos se agere & hos inquire. Declinatis ita *Castrensibus* Legatis, nec visis *Asper* publicæ fidei litteris, nec *Apoche* data potestatis exemplo, sub *medie* horam biduanas inducias decernit *Nassovum* expirasse.

41. *Nassovius Castellum capit.* Ergò hostiliter iterum diluculo ceptum agi, tormentisque horrendum quarti usque diem. Quando cohortium Præfecti desperatâ ulteriori defensione arma ponunt. Nam aquæ fossis omnibus depromptæ erant, & valli tormentis lacerati passim hiabant, paratique plures cuniculi irruptionem minabantur. *Elvfeldius* vacillantes tantisper erigit, animatus, donec honestas ipse condiciones paciscatur. Petito itaque colloquio, etiam opinione fa-

ventiores obtinuit, ab ipso ceu Dylariano 1664.
 Gubernatore, & Wilhelmo Friderico Principe
 Nassovio Exercitus Batavorum Duce pridie
 Nonarum Junij subscriptas. Deditio-
 nis capita hæc erant. *Præsidarij omnes excepto Condi-*
nemine, more militari cum armaturâ suâ, ex-
tionibus
plicatis signis, funiculis accensis, tympanis reso-
deditio-
nantibus, impedimentis & sarcinis suis omni-
nis.
bus liberè egrediantur, dimittanturq; Coesvel-
diam. Quidquid annonæ, bellicæ supellectilis
& machinarum intulerit Princeps Monaste-
riensis, absq; remorâ exportetur. Utque ter-
tio post hunc die tantò promptius discedant,
pontones, currus & equi sufficientes procura-
buntur. Ita Castellum Dylarianum, quan-
tumvis angustum & exile, dies quatuordecim
defensum, in Batavorum potestatem venit.

Frustrâ interim Legati Monasterienses 42.
 cum *Frisiis* agebant, ut promissum tot pactio-
 nibus argentum nunc tandem Meppenæ nu-
 meraretur. Nam hi suasu Castrensi Reip. *Frisij*
 Delegatorum, nunc potestatis à *Christophoro* *pactam*
Bernardo datæ insufficientiam causati, nunc *pecuniã*
non sol-
vunt.
 apochæ exemplari, vitij non unius insimulato,
 deditâ tandiu operâ tractatus hosce protra-
 hebant; donec Ordinum jussu abrumperent,
 & cum Monasteriensi Episcopo ultrâ nego-
 tiari, vel teruntium etiam numerare prohi-
 berentur.

Nasso-

1664. *Nassovius* sub hæc munimenti vallis, pugnaculis, loricis, fossis, ad vim arcem

43. reparatis; post tertiam à deditioe septemnam, quâ venerat viâ in Provincias Constatatas exercitum reduxit. Quâ verò reliqua per id tempus Principatum & subditos nalterienses miles *Batavis* tractasse fertur, *Christophorus Bernardus* anno sequenti publicis typis divulgavit. Et quanquam qui plerosque alicujus patrati facinoris eodem anno malâ morte multatos voluerit ego tamen, nec compertum habeo, nec verare ausim. Hoc scio, Ducem ipsum, *Nassovium* Principem, infelici minoris sclopi sub autumnum periisse: quem dum explorare nititur & errat, vitium probaturus, in tum convertit, & ecce improvisò exoneratus globus maxillæ inferioris, menti que pariter una cum dentibus, ingressu suo mox contulit, mentumque foris, & ipsum labium dirigit; egressus verò ad radicem nasi, partemque dextram avulsit. Et quanquam lingua ipsa non erat, immobilis tamen & omni functione privata fuit; adeo ut nec liquida, nec solida potuerit deglutire. Defectu alimendi & plurium tandem symptomatum accessu, octavo post die, extinctus est. An autem sclopius is idem fuerit, quem onerasse ferunt, dum arcem *Dylerianam* expugnaturus, *Monasteriensem* Episcopatum ingrediebatur, nec

Mors Principis Nassovij.

exo
Chr
tus
con
plo

din
na
rei
car
nis
fui
lem
te
inj
ris
xi
tem
me
ip
Pr
Ge
con
me
me
cor
cin
sem
exone

exonerâsse postea, uti persapè mihi narravit 1664.
Christophorus Bernardus, me latet; qui certus sum, præmaturam ad eò mortem à mœsta conjugè & prole, plurimis fuisse lamentis deploratam.

At verò Confœderati Provinciarum Or- 44.
 dines, Cæsari expugnationem arcis Dyleria- Batavo-
 næ excusaturi, prolixis statim litteris, totius rum ad
 rei seriem diducunt, eo quo partes solent, Cæsarem
 candore. *Episcopum* subjungunt executio- epistola.
 nis immemorem hostiliter egisse. Inauditam
 fuisse processus iniquitatem, & tam intolerabi- In Chr.
 lem vicini Principis oppressionem: ut necessita- Bern.
 te solâ rapti sint, & tam injusta patientem ab invec-
 injuria vindicare, & ejecto iniqui Usurpato- va.
 ris præsidio, arcem sua facere potestatis. Conni-
 xisse quidem diu, non tam *Episcopi* istius con-
 templatione, sed ut probarent Majestati sua
 & Orbi universo, quâ teneritudine pacem a-
 ment, & quanti fecerint constantem semper
 ipsius Cæsaris & Imperij totius amicitiam. Cum
 Prædecessoribus *Episcopis*, qui ex illustrissimis
 Germania familiis nati erant, optime semper
 convenisse; & licet de præsentè majora etiam
 meritos se putent, cui in causa *Bevergernensi* &
 & pluries sua deesse officia noluerint; jam ta-
 men aliquamdiu expertos, ita eum à natura
 constitutum esse, ut si non subditis suis, certè vi-
 cinis omnibus gravem agnoscant. Eiusdem
 sensus, intuitu potissimum Cæsaris non ra-
 ra

1664. rō patienter observasse hactenus, nec pa-
ca dissimulasse; nunc vero cum sentiam
ea sui equitate partam pro benevolentia
gantium, contemptumque, haud passuros
sterum toleranter, si quid temere porro
netur. Cum autem injuncta sibi Casaria
missione ita insolenter abusus sit, ut Executo-
oblitus, Usurpatorem egerit & hostem ma-
festum; rogari Casarem, ut cuiquam alteri
moderatio sit, nunquam vero istiusmodi po-
munus Monasteriensi Episcopo imponat.
enim tolerari posse, ut in finibus Reip. per-
lia porro attententur. Nolle se omnino
tiam remorari, sed uti in terris ipsi suis, eju-
pientissimi sint, ita in causa qualibet a Cas-
decisa, sancte probaturos ejus semper observa-
tiam, nec quidquam ita, ac perpetuam
Majestate sua, totoque Imperio & singulis
membris necessitudinem, amicaq; vicinitate
ra Confœderatis Provinciis cordi fore.

Multa
impro-
batur.

Friquetius in
eam in-
vehitur.

Hæc epistola decimâ Junij Haga-Com-
exarata, dudum antè, quam Casari reddi
set, subjecta prælo per Provincias spargi ce-
pta est. Non pauci in *Hollandia* fuere, qui
bus is agendi, scribendique modus summa
improbabatur; nec tantum non virulentum
exclamabant. Certè *Friquetius*, dum copiam
ejus faciunt, haud ultra dissimulandum ratus,
acriter invecus fuit. Quid quod Ordines
scribant Imperatori, qui nunquam ipse scripse-
rit;

rit; se verò non semel & nomine *Casaris* mo- 1664.
nentem, ne responso quidem dignentur? Hæc si
responso dici velit, cur nulla fiat mentio sui?
Per - deridiculum celebrari æstimatam tantæ
iteratam à se intercessionem; cui non modo de-
latum sit nihil, sed è diametro potius adversa-
tum. Quantum valeat prætexta *Casaris* &
Imperij amicitia, argumento esse, dum contra
communiem hostem laesis succurrunt Reges, ac
Principes; recusari quascunq; etiam ab Ordi-
nibus suppeticas; & quo tempore in Orientali
plaga infestet *Turca* *Imperij* fines, in Occiden-
tali armis *Reip.* expugnari *Casaris* munimen-
tum. Istâ descriptione non excusari factæ enor-
mitatem, sed in *Cæsarem*, in *Imperium* insulta-
ri. Sin abusus esset *Monasteriensis* potestate
ab *Augusto* data, *Frisij* Principis fuisse apud
Cæsarem queri; nec propterea licitum Ordi-
nibus agere extra spheram *Provinciarum*. Ita
Germania *Imperatorem* *Judicem* agnosci. De-
minimè minus appositè misceri tot convitia, uti
kosus, *Usurpatoris*, quaq; id genus plura,
quemadmodum cum omni æquitate pugnent, ita
scire se neminem facile probaturum.

Christophorus Bernardus in gymnasio pa- 46.
tientiz aliquandiu jam exercitatus, & id qui- *C. Bern.*
dem æquo tunc animo tulit, altâ tamen men- *dissimu-*
te reposuit; cum in *Austria* nunc, & *Hunga-*
riâ, *Director* armorum *Imperij* expectaretur. *lat.*
Et quoniam hæc aduersus *Turcam* expeditio

T t time-

1664. timebatur non paucorum mensium, sed plurimum annorum fore, velut brevi non rediturus, statum patriæ, quantum potuit, circum spectè ordinavit. Morante per id tempus

Ordinatio statu Romæ *Furstenbergio*, Gofuinus Baro Dux ex Vischering Consiliarios inter, primas nebat. Erat is in æde principe Bursarius Canonici Osnabrugensis & Veteris Ecclesiæ divi Pauli Præpositus; ac multos jam annos Episcopalis Camera Præfès. Huic Concilio secretiori Principatum committitur, mihi verò, uti aliàs Diocesis, Vicepotestate. Rebus itaque domi committitur ac parte comitatûs præmissâ, à salutata festo nonas Julij Beatâ Virgine *Telgetanâ*, in *Striam* concessit. Festinato itinere ante finem mensis *Viennam* intravit.

47. Sed dum in via est, properantem insequuntur litteræ ab Ordinibus Batavis sub Juniarum exarata, quibus postulant quindecies centum millia florenorum moneta Belgica; in ipsa littera summam, ex perceptis *Borculoënsis* Dynastiarum redditibus, in *Curia Gelria*, ante annos quinquaginta condemnata sit *Diocesis Monasteriensis*; nisi tempestivè solvat, executionem committitur. Quamquam ista postulatio cæteris omnibus Principi visa est periculosior, quod cum eam scirent pecuniæ vim à *Monasteriensibus* non posse corrogari, prompta semper futura sit armatis occasio, & exigendi argentum, & p-

& patriam invadendi. Dissimulato tamen metu rebus tunc Hungaricis intendebat. 1664.

Ludovicus Decimus-quartus Franciæ Monarcha, qui caput erat Confœderationis Fran-
Suppetia
Confœ-
derato-
rum in
Hunga-
ria.
 cofurtana, dum Leopoldus Imperator ab Or-
 be Christiano opem implorat, rogatu socio-
 rum Principum sexies mille armatos, selectum
 militem laboranti Hungariæ submiserat, Col-
 lignio Ductore. Electores ac Principes Con-
 fœderati obtulerant septem millia veterano-
 rum, quos Wolfgangus Julius Comes de
 Hohenlo in Hungariam duxerat. Imperiali
 militiæ præerant Badensis Marchio & Wal-
 deckius Comes, Cæsareanis Montecuculus
 imperabat.

Jam Comites Serinius & Hohenlojus, post-
 quam Christophorum Bernardum hyeme præ-
 terlapsâ consuluerant Ratisbonæ, Essekianum
 Dravo amni impositum, tanti momenti pon-
 tem lacerârant; Quinque-Ecclesias igne suc-
 censas everterant; incineratis tot pagis, op-
 pidisque, variis etiam arcibus occupatis, cap-
 tisque & in servitutem pertractis magno nu-
 mero Turcis, ingentem hosti cladem intule-
 rant. Et jam obsessæ etiam Canisia potiti
 fuissent, nisi improvisos maturiùs solito dese-
 ruisset brumalis aura, & reparato tumultuariè
 ponte Essekiano, opinione celerius superven-
 iens Magnus Vezirius obsessos liberâsset.

Expedi-
 tio Seri-
 nij &
 Hohen-
 loj.

Obsidio
 Canisia
 solvitur.

1664.

Is dum à Christianis observatur, obser-
 que, ad *Canisiam* aliquamdiu quiescit, for-
 49. ut trajecto *Arrhabone* Jaurinum obli-
 Castra Christiani mentem hanc praverfuri, ve-
 Christi- sancti *Gotthards* Monasterium castra man-
 norum & sua metantur castris Turcarum adverfa-
 & Tur- sexto Kalendas Augusti *Arrhabonis* vada
 carum. vertenter perumpunt; Sed accurrentes
 mox *Hohenlojo* & *Collignio* Confœderatos
 Ducibus rejiciuntur. Indè movet uter-
 Pugna exercitus cis & trans *Arrhabonem* propo-
 ad S. Gotthardum: ubi consideratur utrimque
 Gotthar- pam & bellicis tormentis fulminatur
 dum. Christianos cessare cogit, pulveris nitratum
 cumentum. Circulares Imperij copias
 fidebant velut mediæ, inter Cæsareum à dex-
 tris, & confœderatum à sinistris exercitibus
 Corpus hoc è plerisque Tyronibus consti-
 tum, observârat hostis, & si quid esset
 generosæ, morbis vel fractum, vel inimicis
 debilitatum. Exploratâ amnis angustia,
 Circularibus Christianos aggredi statuit *Ve-
 rius* Turcarum Archistrategus, & ideò viginti
 tormenta pridie opponit continuo boantibus
 Christiani jam à biduo tonitribus afflicti, ni-
 hil impetûs indè metuebant; donec Kalendas
 Augusti *Janizarorum* sex mille, quibus aliis
 atque alios, *Vezirius* submittit, *Arrhabonem*
 Raab- inundant, perruptoque amne horrendis
 fluvius. moribus mediam Christianorum aciem ob-

ruunt; sed quæ primum vix impetum susti-
nuit, universo penè equitatu prostrato. Nec
aberat procul, quin prima hæc clades, exer-
citûs reliqui excidium facilè secum traxisset.
Diversas namque Legiones à *Badensi* Mar-
chione subsidio missas turbat hostis, cædit, fu-
gat. Donec Duces illicò congregati, ani-
mante cum primis *Hohenlojo*, in arena consi-
lium capiunt, tractoquæ in prælium *Collignio*
acies reparatur, intra semihoram sic mutata,
ut in fugam & amnem rejecti *Turca*, supra o-
cto millia cæsi asserantur; isque terror in-
cussus sit hosti, qui sui trans amnem non ul-
trà securus, istâ nocte Castra deseruerit. No-
stri nec insecuti fugientem, nec victoriam
prosecuti sunt, quod cum rerum inopiâ, & pa-
nis maximè inediâ conflictarentur.

Istam Castrorum calamitatem docti *Chri-*
stophorus Bernardus & Collega *Badeno-Dur-*
lacenus, qui cum Augusto Viennæ adhuc con-
sultabant, relictâ Austriâ in Hungariam fe-
stinant, ut exercitibus de annona inprimis, de-
que comneatu bellico opportunè providea-
tur: & exequantur simul ea, quæ in Senatu
statuta, aut in Campo suggestura sit ratio bel-
li. Appullis jam, procurantibusque penum
ac panem Directoribus, multorum animi eri-
gebantur. Vifa inter hæc non semel *Christo-*
phori Bernardi in militem pietas, gregario-
rum etiam subeuntis tuguriola, succurrentis-

T t 3

que

1664,

50.

Directo-
rumPrinci-
pum sol-
licitudo.

1664. que de suo largâ manu, laborantium
cessitati.

Progres- Jam *Souchesius* Moraviæ ac Silesiæ
sus Chri- nator, subsidio potissimum militiæ Imp
stianorū. lis, *Neitram*, *Levamq;*, profligatis etiam
cis, recuperârat; incineratoque *Parkens*,
rectorum mens erat authore eodem *Nor-*
num obsidere, atque interim reliquo
exercitu observare hostem, & oppugnâ
tegere, si quam fortè liberationem *Bar-*
molirentur. Turcarum Archistrategus
has Christianorum cogitationes diversis
reparato propè *Strigorium* ponte *Dan-*
trajicit, inque viciniam *Neovariniensem*
Waag. sus metum auget, ne *Vagam* transfretat
in confines circum regiones pejora machin
tur. Sublatis igitur repente Castris & *Ca-*
stiani *Danubium* trajecti, præproperatis
neribus *Vagam* versùs movent, ac Turcas
antevertentes, junctas ponte ripas obside
quâ data occasione, iterum cum hoste manus
conferturi.

si. Sed ecce dum pruriens miles in horas
Deside- gulas pugnam expectat, simile nihil opinat
rium tibus pax utrinque pacta nunciatur. *Ca-*
prælij Turcarum Castris ducebatur *Cæsar*us *Re-*
pax ex- dens, quem jam dudum antè, ad pacem cum
plet. Mahometanis conciliandam, præmiserat Im-
perator. Tractatu nunc cæpto, nunc inno-
vato, & sapiùs licet omisso, in plures tamen

conditiones utrinque conventum erat. Quibus diebus ad S. Gottardum succubuerant Turcæ, Archistrategus ad se virum acciri iubet, præsentemque, an potestas ipsi adhuc integra sit paciscendi, percontatus, dum nullius se revocationis hucusque conscium affirmat Residens, in conventa nuper capita concludi pacem, ac signari perurget. Dictum, factum, & ad Imperatoris utriusque ratificationem articuli sequentes prodire.

Postquam gliscentes nuper in Transylvania visceribus, discordiarum motus, in apertum eruperunt bellum, ut communi Hungariam calamitati subjicerent, afflictosque populos restaurata pace consolarentur, Sacra Casarea Majestatis apud Portam Ottomannicam Residens, tum supremus Turcica militia Vezirius, quoad Cesaris utriusque, accederet ratihabitio, sequentes iuncti foederis conditiones statuerunt.

1664.

Pax
Christiano-
Turcica.

I. Ut Praesidiis Casareanis munita Civitates Transylvaniae & arces, Principi ac Statibus restituantur: Copia vero utrimque, uno, eodemque tempore, prius educantur: ut memorata Transylvania, ceteraque omnia loca statu tranquillo perfuantur: sublatoque vivis Principe, libera eius electio sit penes Status, iisdemque libertate pristina & jure undequaque gaudere liceat.

II. Ut de Zatmariensi, Szabolizensi, aliisque S. Casarea Majestatis in Ungaria sitis Comitatus & Provinciis, earumque Statibus & subditis,

Urbibus, Arcibus, Oppidis & pagis, prout veteri Calmarum jurisdictioni subfuere, nullo prorsus modo & pacto a Turcis, Transylvanis, eorumq; Principe, aut quorumlibet exactiones ulla & tributa posthac exigantur.

III. Ut S. Casarea Majestati liberum sit, & arbitrium ad majorem Provinciarum securitatem, more hactenus in aliis confiniis observato, Zarnariam, Szabolciam, Caloniam, aliasq; Civitates & arces, in predictis Confiniis communitate: Nulli vero exercitus sub Ducibus, quod & in Turcicis & Transylvanis Provinciis cavendum est, introducantur: Arx tamen Zechelheidensis ad cavendam in utriusq; confiniis hostilitatem una cum propugnaculis omnibus & muris solo aequetur.

IV. Ut Ragotzij & Kemenijanos filii, aliiq; in Hungaria superiore, cum quibusvis auxiliariis copiis, ingressus in Transylvaniam, & novorum inibi motuum limina inhibeantur, quod Turcis pariter & Transylvanis erga S. Casarea Majestatis Status observandum.

V. Ut nullis utriusq; partis hostibus, aliisve partibus, in quibus per fugium aliquod indulgeatur.

VI. Ut fortalitium, hoc belli tempore, prope Campium exstructum, à nemine readificetur, nec presidario muniriatur.

VII. Ut unius ac alterius partis affectis, in hoc Transylvania, bellique turbine, bona sua, jurisdictionis & honoris restituantur, nec ulterius idcirco aggraventur: Quibus vicissim Principibus, damnum nullum atq; inquietudinem allaturi, obsequantur.

VIII. Ut S. Casarea Majestati in Confiniorum defensione, cis Gutram, moliri Castrum vel arcem liceat.

IX. Ho-

IX. Hostilitates posthac & depopulationes nulla utrimq³ exerceantur: graviter in eos, qui secus fecerint, animadvertatur: Miles undequaq³ contineatur, abductisq³, ex Hungaria Transylvaniæq³ confiniis, Cohortibus nullus ultra reditus pateat, afflicti ut populi quiete stabili ac pace perfruantur.

X. Pro majori servanda pacis certitudine foedus hoc annos omnino viginti complectetur, & quatuor spatio mensium per Legatos eximios, apertumq³ diploma, ad commune omnium solatium confirmabitur. Romanorum vero Imperatoris Legatus amicitiae gratiâ, liberum 200000. florenorum donum afferat: è Portâ verò Ottomannicâ munus condecens submitatur: deinde loco & modo prius usitato, Oratorum transitus fiat; Ceterum, nisi à presentibus aperte aliquid mutatum, aut sublatum fuerit, hoc Pacis instrumentum in vigore suo ac robore persistet: quod Latinâ, Turcicâq³ linguâ erectum, atq³ à memoratis Plenipotentiaris subscriptum, consignatumq³, factâ utrimq³ solitâ permutatione, Latinum Turcarum, Turcicum Romano- rum Imperatori transmittatur. Actum in Castris Ottomannicis, juxta pagum Vasnar X. Augusti. Anno MDCLXIV.

Et quanquam pax ea neque Hungaris pla- 52.
cuit, neque Germanis, qui sine ulla cum Im- Pax
perio consultatione pactis contrariam, certè multis
immaturam eo tempore causabantur, quò ingrata.
plura spondebant bravîa Victores exercitus,
tot impendiis, molestiisque collecti. Suas Cur à
tamen Cesar rationes habuit compositionis Casare
accelerandæ: Timor, ne si Veneti præveni- accepta-
rent, tu.

1664. rent, tota belli moles uni sibi incumbere. *Ætas Philippi Hispaniarum Regis* quoties fatiscens. Interque eos armorum sumptus maligna annonæ ex *Hungariâ* suppeditatio & ingens subsidiorum ex Imperio difficultas.

Deserto igitur *Vagâ* militem variè displicunt. *Cæsareus* in *Insula Schutta*: *Circulares* & *Confœderatorum* ad *Muram* quadridiu substitere. Quo tandem domus & illo in limitaneas *Hungariæ Urbes*, terrasque hæreditarias dimisso, *Directores* *Vindobonam* revertuntur.

33. Controversia jampridem erat *Joanni Philippo*, *Moguntinæ Sedis Pontifici*, cum *Erphordiâ* Civitate. Isthic solitæ fuerant preces, pro istius Ecclesiæ *Septemviro*, antea motus bellicos, è suggestibus recitari, uti passim in *Germania* pro Principibus observant Ecclesiastes. Has dudum expunxerat *Civitas* obtendens pugnare cum conscientie & religionis libertate. *Electo* jam sub annum seculi quinquagesimum, quando pacem in *Germania* exequabantur *Commissarii*, à *Cæsare* obtinuerat decretum, mandatumque, ut igitur facerent eadem, quâ ante bellum, intentione & modo. Cumque formulam celebrare se negarent *Erphordiani*, geminata post decennium *Cæsaris Commissione*, nova cunctatur, offerturque. Hanc ad *Senatum* referat

Limprechtus inter Quatuor-Viros primus, quam & ipse, & potior pars gratam, ratamque habet. Plebs initiò quidem nec invita, sed paulò post ab aliis persuasa, non tam preces Civium, quam jura Civitatis quæri, tumultuans contradicit. Imperator metu præjudicij Cives eximit, ac severè mandat obsequèlam. Seditiosior interim populus *Limprechtum*, falsi insimulatum, carcere & morte, plures exilio multat. Cæsar arctiora & pœnas frustra comminans obstinatioem quotidie Civitatem demùm proscribit. Cumque sub Octobrem anni proximè evoluti, Fecialis de more Imperij proscriptionem denunciaret, & is insuper, spretâ Cæsaris Majestate, inter verba & verbera contumeliosè habetur.

Joannes Philippus, qui veterem Ecclesiæ Moguntinensis gloriam tot nuper bellis propè obsoletam indices renovabat, certus jam haud alio quam armorum rigore posse rem confici, cum *Christophoro Bernardo*, de redigendâ in ordinem *Erphordia*, sub id tempus Ratisbonæ pluries egit. Erant ij duo, si qui alij per Germaniam, mutuâ fide, amicitiaque Principes conjunctissimi. Hanc uterque necessitudinem continuatis Legationibus, communicatis consiliis, collatis viribus sanctè observabat. Decretam tunc obsidionem, ratus Elector nunc exequi opportunum esse, Confœderatorum opem implorat.

Ludo-

54.

Moguntinus & Monasteriensis quanti amici.

1664. Ludovicus Galliarum Rex, Societatis Ca-
 55. put, quater mille peditum, & equitum quin-
 Erphor- gentos Duce Pradelio suppetias mittit. Chri-
 dia sub- stophorus Bernardus armatos sesqui mille cum
 jugatur. tormentis ac mortariis designat, qui Ducto-
 re Plurenio, sub exordium Septembris, auxi-
 liares Moguntino se sistunt. Accedebat
 ad hos Lotharingicæ, & ipsius Octoviri Le-
 giones. Iis armatus copiis Joannes Philip-
 pus, auspicio Pradelij Civitatem obsedit, &
 tandem pauca deditiois capita pactus, die-
 bus Octobris ita Moguntia subjectis, ut Sena-
 tus, Populusque Erphordiensis, quinto Ka-
 lendas Novembris solenniter intranti sup-
 plex debuerit in propatulo, flexis genibus, ce-
 ratorum veniam deprecari, & in concepta
 verba perpetuam Moguntinae sedi obedien-
 tiam jurare.

Joannis Ortus erat Joannes Philippus ex illustri Ba-
 Philippi ronum de Schönborn familia, uti Germani-
 Electoris cam inter Nobilitatem pervetustâ, ita nec
 Mogun- paucorum sago pariter ac togâ virorum ex-
 tins laus. cellentium nutrice. Jam tum anno seculi
 presentis quadragesimo secundo per electio-
 nem successerat Francisco Hatzfeldio, Bam-
 bergensi & Herbipolensi Episcopo, in Herbip-
 politanâ Cathedrâ & Franconia Ducatu. De-
 inde quinto post anno, in locum Anselmi Ca-
 simirj Wamboldij successit Archi-Præsul ac
 Septemvir Moguntinus. Demum etiam, ne
 quid

quid numero dignitatum deesset, sub annum 1664. sexagesimum tertium, *Hugoni Everardo Comiti-Cratzio* Episcopo Wormatiensi per postulationem surrogatus. Hanc ille Principatum trigam incomparabili prudentiæ, justitiæ, ac magnificentiæ laude sustinuit semper. Nec minore zelo rem ubique sacram promovit. In publicis Imperij negotiis, inque Electorali ac Principum Collegio, auctoritas Ejus & consilia identidem plurimum valuere. Quas possedit terras, ad immortalis nominis sui gloriam rexit, propugnavit ac propagavit. Anno tandem ætatis hujus septuagesimo tertio fatis concessit laborum ac meritorum plenus; Sed cum subditorum omnium, imò Germaniæ totius, & inprimis *Christophori Bernardi*, ingente luctu ac mœrore.

Meruit autem à viro, dono prophetiæ & Prædicationis notâ claro, superstes adhuc erudiri, haud remotum tempus esse, quo de gente *Schônborniâ* Moguntina Sedes gauderet *Lothariæ* iterum possessore. Hujus nos prædictionis *Francisci* veritatem experimur his diebus, dum *Joannis* *Philippi* ex Fratris Nepos, Eminentissimus Princeps *Lotharius Franciscus*, Imperialis Ecclesiæ *Bambergensis* Antistes, unanimibus pronuper Summystarum Collegij Metropolitanorum votis, postulatus Coadjutor, nunc dum præsens hæc pagella sub prelo sudat, post fata

Ansel-

1664. *Anselmi Francisci Ingelheimij*, cum Orbis applausu, & incredibili Germanorum omnium congratulatione, salutatur Successor *Archiepiscopus & Elector Moguntinus*, Germaniarum *Primas*. Cujus herôicæ virtutes bonorum animis spem ac fiduciam ingenerant, firmatque, lecturum Patruum vestigia, & inter præsentium temporum calamitates (quibus ista præ multis vicinia miserè premitur) non solum afflictis futurum præsidio, sed & iactantes etiam, cum aureâ pacis fructu, fortiter rectorum.

56. Nunc ad *Christophorum Bernardum*, post eos dies adhuc Viennæ commorantem, calidum reducamus. Dum quotidie abiturum parat, frequens illi antè cum Ministris Augustissimi sermo: at suspecta multis secretior conversatio ipsum inter & Hispaniarum Regis Legatum. Interim abiturientem aureâ Cæsaris cruce donat, pretiosis distinctâ adamantibus, magnique æstimatâ: quam Basilicæ Monastericæ & in Episcopali Cathedrâ Successoribus legavit postcâ testamento. Et quoniam congiariis pluribus tunc concinnandis temporis angustia non sufficiebat, haud modicam pecuniarum summam pari liberalitate Cæsar offert, ceu donativum inter eos quos de Hungaricâ expeditione meritos publicè caret, Principis arbitratu distribuendum. Idibus Novembris Imperatori valedicit: post hæc

*Discedit
Viennâ.*

terro die, qui anniversarius erat electionis 1664.
sua, solennitate festiva peracto, *Viennâ* disce-
dit. Abeuntem in terris hæreditariis *Cæsar Excipi-*
pro dignitate habet. *Erphordia* Mogunti-
nus Elector adventantem præstolatus, *ma-*
gnificè excepit, deduxit, eduxitque; & actis
iterum gratiis, quod concurrente amici Prin-
cipis consilio, auxilioque Civitate vel ita po-
tiretur, inter amplexus ab invicem discessere.

Indè *Corbeiam* profectus, sub Decembrem
feliciter *Monasterium* revertit. Quando
Ottoni Henrico *Korff* condicte *Smising* Præ-
posito, mense nuper Octobri, in arce *Luding-*
husanâ, præmaturè extincto, *Guilielmus Ba-*
ro Furstenbergius plurium Canoniorum
suffragio surrogatus in æde Cathedrali Neo-
Præpositus salutabatur.

1665.

Annus nunc ingredimur, cujus initium 57.
terrori, finis stupori fuit Orbi Europæo. Id *Cometa*
Cometes incussit per eos dies visus; hoc bel-
visus.
lum creavit, unus quod Episcopus, Batavo-
rum Reip. tam potenti inferre vindex, ausus
fuit; temeritatis an prudentiæ notâ dignior,
uti pro suo multi affectu variè arbitrati sunt,
ego postquam causas, eventaque narravero,
æqui Lectoris iudicio relinquam.

58.

Antè oculos *Christophori Bernardi* conti-
nuè versabatur nupera expugnatio areis *Dyle-*
riane, & litteræ Batavotum, quæ contra Tur-
cas proficiscentem anno proximè lapso secu-
tati pa-
ta, tria.

1665. ta, quindecies centena millia florenorum deposcebant, ac severam in solutio curam brevi, executionem minabantur. Id impetatus belli causam, indubiè secuturi, quando voluntati opportunitas sola præsto esset sollicitus identidem animo volubatur, tandem viâ se, subditosque suos eximio periculo, redderetque securitati. Et quam læsum à Batavis Imperium indignè ferentes, Principum plerique, vindictam ferabant; quod tamen auxiliorum inde cultatem, & facilem animorum mutationem expertus sciret, nihil ab iis sperare voluit, præsertim tempestate, quâ plures commotus Batavorum intentos, & Cæsarem bello Turcico fatigatum non ignorabat. Aliâ tur excutienda quercus fuit.

59. Jam dudum, nec semel decreverant *Circulorum* redintegrationem Ordines Imperii. Id tametsi Westphalia præ cæteris ferè tangebatur, non una parte mutilatam; quorumcunque tamen conatum hæcenus remanuerat *Controversia Juliacensis*. Ab anno quippe nono præsentis seculi, quo vixit *Joannes Guilielmus* ex linea *Marcana* postremus *Julix, Clivix & Montium Dux*, cura *Directorij* soli ferè *Episcopo Monasteriensi* incubuit. Nam etsi *Con-Director* erat *Julix Princeps*, & esse isto nomine præcedebat *Dux Palatino-Neeburgicus*, tanquam *Ducatus*

Laborat de redintegratione Circulo.

Ejusq; Directorio.

istius Possessor; id tamen permittere noluit 1665.
Brandenburgicus Octovir, qui *Cliviam* pos-
 sidebat. Neutrum interea agnoscebat Im-
 perator vel Imperium; obstante pariter
Domo Saxonica & Palatino-Bipontina, qui
 par aut potius jus in hos quoque Principatus
 obtendebant. *Christophorus Bernardus* eam
 jampridem sollicitudine trahebatur, quo tam-
 dem modo *Brandenburgicum* Electorem ac
Neoburgicum Ducem, magno Circuli damno,
 tot annis ita dissidentes conciliaret. Ali-
 quando *Ratisbonam Neoburgum* profectus erat,
 ut *Philippum Guilielmum Juliam* Ducem & id-
 eò difficiliorem disponderet, traheretque in
 partem suam. Utrumque nunc Principem
 flexerat, ut instituto *Durstenae* conventu, se
 potissimum arbitro, iis super difficultatibus
 ageretur. Nec suo caruit successu cepta
 tractatio. Nam per eos dies inter Princi-
 pum Legatos isthic conventum est, ut cum E-
 piscopo *Monasteriensi* aequè posthac *Bran-* *Felicis*
burgicus Octovir ceu *Clivia*, quam *Neo-* *successu.*
burgicus Dux, ceu *Juliam* Princeps, Circuli Di-
 rectorem agat, ita tamen, ut *Monasteriensi*
 salva semper maneat omnis praelatio. In Co-
 mitiis verò, aliisque negotiis Circularibus,
 uterque Princeps per dies, vicesque alternet;
 unumque duntaxat suffragium, sed alterum
 ferat *Monasteriensis*. Communicato sem-
 per consilio, conjunctisque viribus singula
 Vu expe-

1665. expeditur. Si votis discordes sint Principes, nec possunt tentati sensus coalescere, ceat Monasteriensi, suo ad alterutrum assensu, creare unitatem. Quæque de memorato sedendi, scribendi que, & id genus plurimum, enucleatiùs omnia confecere. Ita *Christophorus Bernardus* isthoc *Dissertatione* tractatu, adnitente cumprimis opera *Westerbruckij*, viam stravit compositioni perpetuam quam post tot annorum contentiones, inaccessibili Provinciarum, Patriæ nostræ, letis Principes, Vere proximo, Clivis pacti

60.

Circulus Westphaliae mutilatus.

Jamque Circulo utiliter consultum de ejusdem redintegratione laborare cogit. Magnam enim partem præsens imprimis Circulum avulserat; nec præ tribus hisce Principibus ita quisquam læsus videbatur. *Westerburgiam, Embricam, Resam, Orsoyium, Badericum, Gennepianam* arcem, ac fortissimum *Schenckianum* Clivæ Ducis Civitates, immunitamenta que, ac *Ravesteiniam* Julicæ Principis oppidum, suis Batavi præfidiis infideliter occupaverunt. Ac præter hæc privatis sæpè incommodis accessitum se doluerat *Brandenburgi Marchionis*

Principibus calcar vindicationis.

Et nuper à præfidiariis *Trajecti ad Mosam* ejectum è Castro *Leuth* militem suum *Cæsar* Regi Galliarum, sociisque Principibus cœlestus erat *Neo-Burgi Dux*, Decretum Tribunicialis Imperij, Cæsaris jussu executus; imò eodem tempore Ministris, bonisque *Raveste-*

Steinianis, mandato Batavorum, manus injectæ 1665,
 erant. Ut sanè non tam publica Circuli,
 quam privata statûs cujusque commoda, ju-
 dicaret *Christophorus Bernardus* imponere
 necessitatem sua vindicandi. Ne Castellum
Dylerianum, *Lierorthum*, ipsamque *Embdam* Contra
 Orientalis Frisiz loca, à Batavis etiam infessa *Batavos*.
 tangamus, suam ipse *Borculoam* jam dudum
 repetebat. Et quanquam initio pariter ani-
 mi Principum in idem propendere, inque
 belli societatem proclives visi sunt, nec mo-
 dicum id armandi se *Christophoro Bernardo*
 calcar fuit, mihi tamen non satis compertum
 aut integrum erit dicere, quid postea causa-
 rum ab eo proposito mentes alienarint.

Interea *Carolus Magna Britannia Rex* 61.
 bello navali Unicum Belgium infestabat. Id *Fluctuat*
Francie Monarcha perquam ægrè intueba- *C. Bern.*
 tur; cui dum frequens illud tum *Ratisbona*,
 tum *Vienna* *Christophori Bernardi* cum *Cæsa-*
 re, & *Hispani Regis* Legato commercium,
 qui que tunc scintillabant, conatus suspecti e-
 rant, vel idcirco *Confœderatis* etiam *Princi-*
 pibus afferebant authorem esse, ne quis *Mo-*
 nasteriensi suppetias ferret contra *Remp. Ba-*
 tavorum. Inter eam undequaque difficul-
 tatem diu vacillabat *Christophorus Bernardus*, *Rationes*
 capiendâ-ne arma, an animus ultor ponen- *que dis-*
 dus esset. Hoc suadebat potentia *Reip. Re-* *suade-*
 gibus etiam formidabilis; sociorum tergi- *bant.*

1665. versatio; propriarum virium debilitas; quæ
 subditorum. Deliberantem contra sum-
 labat vulnus anni superioris, adeò recens;
 perpetuus, ex æris tanti postulatione, min-
 que Batavorum, seu belli, seu excidij pau-
 metus; quodque vim à se parari in Hollan-
 diam jam fama pertulisset, firmatus timor,
 dum ab Anglico bello datum esset respirari
 conatum hunc Batavi certius ulciscerentur.
 Si vindicari unquam injuria, ac quæri securi-
 tas debeat, opportunissimum nunc fore, cum
 bello maritimo Resp. involvatur: nisi enim
 mari impetantur, nunquam Batavis tutò ne-
 ceri posse. Nec propterea tanti jam Eorum
 potentiam æstimari terrâ oportere, quæ ab
 versario tam potente, salo distraheretur; præ-
 fertim cum Civitates etiam, vicinaque mun-
 data, præsidariis classi impositis, passim mu-
 data, nec iis de annonâ, deque bellica sup-
 lectile satis prospectum esset. Socios, qui
 quidem juvare nolint, certè non obfuturos.
 Néque prudenter timeri posse patriæ ruinam,
 cum intersit Europæ propemodùm totius, ut
 pereat, aut in Batavorum, aliorumve potesta-
 tem labatur Principatus Monasteriensis. Præ-
 stare demùm, bello licet ancipiti quærere se-
 curitatem, quam continuos inter periculo-
 rum æstus incertum semper, anxiumque su-
 ctuari. Sed & secunda sponderi à Britanni-

*Quæ
 persuad-
 debant.*

câ societate, à liberali pecuniarum ope, à favore pacis postea secutura. 1665.

Ardua res erat, à cuius eventu Principis & Patriæ pendebat salus. Ne quid verò temeriter ipse solus egisse, postea culpari posset, cum Senatu Cathedralitio conferendam iudicavit. Quò secretior autem tractatus maneat, nonnullos è gremio designari vult, qui consulta, si quidem ità visum fuerit, comprobandi potestate gaudeant, nec quidquam ad Collegium palàm referre teneantur. Id quod etiam utrobique placuit. Congregatis itaque de Collegio primoribus, mentem suam *Christophorus Bernardus* aperit; hinc periculum Diœcesis, indè defensionis necessitatem probat; nec esse præsentius hodiè medium, quam si cum Britanno Rege, ineatur foedus, & armis tandem, Provinciæ suæ, subditisque securitas asseratur. Dum ij propositum laudant, & fausta quævis comprecantur, mox *Henricus Alexander de Wreden* Canonicus Mindensis, Pro-Tribunus, & Aulæ Præfectus in Angliam clam expeditur, qui cum *Carolo* Rege foedus componat. Et is paucis diebus postquam Londinum appulsus erat, rem totam, *Arlingtono* interprete, celeriter absolvit, atque hanc cum Rege Confœderationem pactus est.

62.

Consulto
Capitulo
Cathedrali.

Decernitur.

Et operâ
Wreden
pangitur

1665. Notum sit hisce tabulis, quod inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum

63. num D. CAROLUM Secundum Magna Britannia, Francia & Hibernia Regem, Fidei Defensorem, &c. ab unâ, ac Reverendissimum & Celsissimum Dominum, D. CHRISTOPHORUM BERNARDUM Episcopum Monasteriensem, & Sacri Romani Imperatoris Principem &c. ab altera partibus inter se foedus initum sit sequenti modo.

Cum nimirum Celsitudo sua Reverendissima plurimis foederatarum Belgij Provinciarum vexata contumeliis, injuriisq; lacestis, Majestati suae per Generosum Virum Dominum Baronem Henricum Alexandrum de Vredem de ce-Colonellum & Consiliarium suum bellicum significaverit, se paratam Easdem ferro nec exercituq; viginti millium Peditum & decem millium Equitum, impetum in Divinam Republicam Uniti Belgij facere, easq; hostiliter do infestare, ideoq; foedus & amicitiam cum Majestate sua institueret, certamq; pecuniam cum ad conscribendum & alendum militum tum ad reliquos belli apparatus desideraverit. Majestas sua se hisce foedus cum Celsitudine sua Reverendissima inire testatur, ejusdemque legum sanctissime observaturam proficetur, promittitq; Verbo Regis, se pacem cum foederatis Belgij Provincis non inituram, nisi datâ Celsitudinis sua Reverendissima Consilij notitiâ, habitâque hujusmodi foederis

fœderis & Celsitudinis sua Reverendissima utilitatum & securitatis ratione; spondet etiam Celsitudo sua Reverendissima inconsultâ aut abnuente sua Majestate, pacem se nullam, nec inducias cum prædicta Republica facturam.

In stipendia prædicti Exercitus viginti millium Pedum, & decem millium Equitum (quem intra duos menses paratum, omnibusq; rebus instructum fore promittit sua Reverendissima Celsitudo) in rem tormentariam, reliquosq; belli apparatus, quingenta Imperialium Dalerorum millia Londini numerari jubebit sua Majestas, cambio, Majestatis sua sumptibus, in Germania consignanda Hamburgi, Antverpiæ, Colonia Agrippinæ, Lubecæ, vel Francofurti, quoad commode fieri poterit, quæ pecunia in sumptum trium mensium Junij scilicet (hujus anni) Julij & Augusti proximè insequentium erogabitur, primaq; pensio ducentorum Imperialium Dalerorum millium fiet mense Junio, secunda centum quinquaginta Dalerorum millium mense Julio proximo, tertia centum quinquaginta Imperialium Dalerorum millium insequente mense Augusto. Idq; bonâ fide & bonâ monetâ. Omnes verò præmemorata summa solventur vel Reverendissima sua Celsitudini, vel iis, quibus accipiendi pecuniam potestas à Celsitudine sua Reverendissima data erit. Quoad ad reliquum tempus attinet, in singulos menses, quamdiu bellum de communi sententia geretur, quinquaginta Imperialium Dalerorum millia eodem modo Majestas sua numerari curabit.

Quod si Serenissimus Elector Brandenburgicus, aut Celsitudo sua Neo-Burgica separatim hujus confœderationis particeps esse voluerit, bellumq; intra prædictum duorum

mensium tempus, sociatis cum Reverendissima sua Celsitudine viribus, cum prædicta uniti Belgij Republica purre, tum media parte hujus pecunie contenta erit sua Reverendissima Celsitudo altera medietas Majestati suæ numerabitur,

Si verò sua Celsitudo, Electoralis Brandenburgica, & Celsitudo sua Neo-Burgica bellum hoc simul aggrediantur Reverendissima sua Celsitudo non ultra tertiam partem prædictarum summarum desiderabit, reliquæ pecunie Majestati suæ ratio constabit, quæ pro rata portione pecunie, & militum, prædictis Principibus in hoc fœderis coeuntibus numerabitur, habita etiam temporis ratione, quo dictum bellum prosequentur.

Si verò Rex, Princepsve aliquis aut Respublica, ratio hujus fœderis, jam, olimve, bellum Celsitudini suæ Reverendissimæ inferre, aut negotium nullum facessere voluerit, Majestas sua eidem adesse, perpetuamq; tutelam (Gwarantiam vocant) prestare spondet, quam pariter Garantiam, & de non ineundâ pace promissum, Celsitudini suæ Electorali Brandenburgicæ & Celsitudini suæ Neo-Burgicæ offert, præstabitq; sua Majestas, nec-non pecuniarum subsidium, quale Celsitudini suæ Reverendissimæ promittitur, si fœderis hujus participes, bellumq; adversus prædictam Unitam Belgij Rempublicam suscipere velint. Hac sanctione nomine Majestatis suæ Vir illustris Henricus Baro de Arlington Majestati suæ à sanctioribus consiliis, & primarius Status Secretarius, nomine verò Celsitudinis suæ Reverendissimæ Generosus Dominus Baro Henricus Alexander de Vreden Vice-Colonellus, & Consiliarius Celsitudinis suæ Reverendissimæ bellicus, eaq; quam primario

ratificata fore, & à Majestate sua & à Celsitudine sua
Reverendissima, Capituloque Monasteriensi invicem pro-
mittunt. In quorum fidem hæc subscripserunt & sigillis
suis munierunt. Londini 13. (3.) die Junij Anno Domi-
ni 1665.

Arlington.

(L.S.)

Henricus Alexander Baro
de Wreden.

(L.S.)

Nos igitur CAROLUS DEI gratia Magna Britan-
nia, Francia & Hibernia Rex, Fidei Defensor &c. Su-
perius expressos & Fœderis instrumento insertos articulos,
tanquam ad mandata nostra confectos, in omnibus suis
clausulis laudavimus, approbavimus & ratihabimus,
quemadmodum vigore harum Eisdem laudamus, appro-
bamus & omni meliori modo ratihabemus, spondentes No-
stro nec-non Successorum Nostrorum nomine, ac Verbo
Regio, Nos inuiolabiliter eos servaturos & impleturos. In
quorum fidem majorem, his presentibus manu propria sub-
scriptis magnum Nostrum Angliæ sigillum apponi fecimus.
Actum apud Palatium nostrum de Whithall, vigesimo
primo die mensis July Anno Domini 1665.

Carolus Rex.

(L.S.)

At vix inierat eam cum Carolo Rege socie- 64.
tatem Christophorus Bernardus, quin statim & C. Bern.
plurimis simul locis, Hamburgi, Lubeca, conscri-
Francofurti, Moguntia, Colonia & cum primis bit exer-
in Belgio Hispanico institueret militum dele- citum.

Vu 5

ctus.

1665. Etus. *Ostendam* interim appulerat Londinensis oneraria, attuleratque ingentem sumptum, quod cum auri, argenti que laminis citò commutatum fuit; quæ dum Monasteriensi Commissario in Belgis commoranti traduntur, officinis monetariis creditæ, et nummi ex iis, Hispaniarum Regis typo, casti sunt. Et hi inter Tribunos isthic occlusi distributi, opportunè serviebant militi autorando: qui magno undique numero ad signum Monasteriensis Episcopi etiam ultrò confluerebat.

*Varius
de eo
sermo.*

Haftenus adhuc Britannicum fœdus occultum erat. Propterea incertum, quomodo erumperet tantus armorum apparatus. Conficiebant nonnulli, negotium esse Austriacorum, Hispanorumve, cum quibus *Ratisbona* nuper ac *Vienne* pluribus egerat quodam *Christophorus Bernardus*; vel ex ea firmata causâ, quod sub idem tempus *Galliarum* Regis nomine scriptum prodiret, quo Regina, seu Primo-genitæ Hispaniarum Infanti, in Belgium asserabatur. Nec aliud ipsa submittit Gallia credidit. Alij verò, Monasteriensis arma, in *Oest-Frisiam* parari; à qua anno superiore tam enormiter lasum esse constabat. Plurimi nihil Episcopum contra Remp. adeò potentem ausurum. At verò, dum Anglicum interea fœdus Galli penetraverant, sublatâ sic omni dubietate quis fuit

cilè assentiebatur, hanc ab offenso Principe 1665.
solis Batavis fabam cudi.

Auctâ ex eo Provinciarum consternatio- 65.
ne, quæ ab Anglis navali bello plurimum hac *Ad que-*
estate passæ erant, tam apud Hispani Regis *relam*
Legatum Comitum-Hagæ, quam Belgij Neo- *Batavo-*
Gubernatorem *Marchionem de Castel-Rodri-*
rum.
go Bruxellis Ordines conqueruntur, isto in
tractu permitti militum delectus; qui Remp.
suam oppugnaturi credantur, & id amicæ vi-
cinia legibus adversari. Quod tametsi uter-
que pernegabat, imò ipsius etiam Reip. ex-
emplo, æquè Monasteriensi, ac Batavis con-
cedi posse, utrinque scilicet amicis: ut con-
stans tamen necessitudinis vinculum etiam *Prohi-*
sincerius probent, non in *Gelriâ* tantum, sed *ventur*
cæteris etiam Provinciis Regiis, contestan- *in Belgio*
tur severè inhibitam esse omnem militis *Hispa-*
conscriptionem: quin & Magistratibus lo- *nico de-*
corum, & militia, arciumque Præfectis, eâ- *lectur.*
dem severitate imperatum, ut in authores in-
quirant ocys, ac cum rigore animadvertant;
& ut nihil non serium sit, senos significant
Bruxellis carcere jam attineri, qui dignam fa-
ctis pœnam luant. Nec enim alium Hispano
Regi animum esse, quam ut omnis ipsum
inter & Remp. amicitia nexu perquam san- 66.
ctè colatur.

Eorum

Increduli nihilominus Ordines Batavo- *ad Casta-*
rum, suo apud Regem in Hispaniis Oratori *rem epi-*
præ- *stola.*

1665.

prætereà injungunt, ut querelam isthuc in
 la geminet; Ipsinet verò hoc interim episto-
 lium ad manus Imperatoris, Viennam de-
 ferri curant. Non potuimus diutius Casarem
 Majestatem Vestram celare, quotidie e
 Germaniâ, & præcipue ex Monasterio
 Etu, nuncios ad Nos afferri, de ingenibus
 apparatibus & delectibus militum, qui non
 ge a sinibus nostris, instituuntur, & qui in
 si constantibus undequaq; rumoribus crea-
 dum est, ducendi sunt. Quamquam vera
 lora potius sperare, quam quibusvis rumoribus
 fidem statim adhibere malimus; tamen
 tanti motus & apparatus bellici nihil boni
 gurari permittant, & primo vicinas gentes,
 deinde non universam modo Germaniam, sed
 magnam etiam Europe partem, tanquam contig-
 gione aliqua, tumultibus ac turbis, & mox
 fidiis ac bellis, involvere possint: unde nihil
 quam vera omnium malorum Ilias pullulare
 communis Christiani nominis hostis compendium
 promoveri potest. Idcirco è re esse censuimus,
 Casaream Majestatem Vestram amice rogari,
 ut malis istis in tempore obviam ire, & oportu-
 na remedia adhibere velit, eorq; curas sua in-
 tendere, ut amicitia, qua Nobis semper cum
 Casareâ Majestate Vestra & Imperio Germanico
 intercessit, sarta tecta conservetur. Nos
 Nos intermissuri sumus, illud mutuis officiis Ca-
 sareâ Majestati Vestra, non oblatâ solem, sed
 etiam

etiam quaesitâ occasione rependere. Quod su- 1665.
perest, DEUM OPT. MAX. Statorem, Vin-
dicemq; Imperij Vestri ex animo precamur, ut
Casaream Majestatem Vestram diu servet in-
columem ac sospitet. Dabantur Haga in Ba-
tavis 19. Aug. 1665.

Ad has cum nihil responderet Imperator, 67.
in Gallias se vertunt, & si terrâ bello impeti Implorant Re-
contingat Remp. Regis auxilia implorant, gem Gal-
qualia lege fœderis asseriebant deberi. Rex legum Gal-
tametsi Anglicam cum Monasteriensi socie- liarum.
tatem jam doctus, nec dum tamen ex toto fi-
debat, quod suspicionem auferent quotidiani
favores Hispanorum. Oblatâ igitur satis-
factione pacare Monasteriensem studet, si
Borculoa restituatur. Id per Oratorem suum
Hage, & ipse apud Beuningium Reip. Lega-
tum in Galliis urget; enimverò nimis evi-
dens esse ac liquidum jus Monasteriense in
Borculoam. Desiderare se non minùs, ut
hanc Monasteriensi Principi restituant, quam
Rhenobercam Electori Coloniensi, quò cer-
tius & is ab hoc bello abstrahatur. Sollici-
tus namque Rex erat, ut subducto fomite re-
slingeret ipsis in cineribus favillam.

Christophorus Bernardus de mente Regis 68.
certior Parisios ablegat Fridericum Smisingi- C. Bern.
um Equitem Melitensem & Francofurti tunc varios
Commendatorem: Berolinum verò ad Fride- ablegat.
ricum Guilielmum Brandenburgicum Ele-
ctorem,

1665. Etorem, *Brabeckium* Decanum, ut hunc tractatu nuper *Durstenfi*, illum verò vi federis *Rhenani* in belli societatem trahat. Iste interim per *Nagelium* sollicitat animum *Waldeckij* Comitum, cujus virtutes, artesque bellicas expertus erat in *Hungaria*, ut illum civitui suo imponat. Verum is non solum excusavit se, qui *Culenburgum*, aliasque sub Reipublice possessiones possideret adeoque impediri adversus eam militare; sed & hanc *Episcopi Monasteriensis* intentionem mox *Ducibus Landenburgicis* detexit; qui & ejusdem studio contra *Batavis* contra *Monasteriensem* statim foederis pacti sunt, & illum suae *Ducem* militiae constituerunt.

Et Bourneville. Hoc igitur loco frustratus, cum *Duce Bourneville* *Valencenatum* in *Belgio* *Gubernatore* convenit. Nec instantum *Christophoro* *Bernardo* se obstrinxerat, sed convalescentiam etiam navibus res, sarcinasque suas, in *Westphaliam* perferendas jam destinarat, ipsis propediem secuturus. At verò, dum quodam die *Batavi* criminantur dubiam *Hispanorum* fidem, & apertos in *Belgio* delectus; ne permittendo *Ducem* hunc ad *Castra Monasteriensia* transire, suspicionem intenderent; quando *Bruxellis* discedere meditatur, julius est gradum sistere: nec enim pati Regem posse, ut tantus *Minister*, hostilis contra *Reipublicam* amicam exercitus *Ducem*, se gereret.

cujus operâ haud multò etiam post domi for- 1665.
tassis opus foret.

Ergò iterùm falsus, cum è Germaniâ inte- 69.
rim & Belgio, finitimisque locis multus quo- Creat
tidie miles in Westphaliam duceretur, & jam Archi-
tum justus plurium millenorum exercitus strategus.
cresceret, debuit qualem, qualem etiam crea-
re Archistrategum. Quod enim *Gorgassius*
nollet *Plurenio* cedere, & minùs ab eodem
gubernari; nec pauca militiæ tractentur,
quæ personam infulati Principis minùs de-
cent, alium à se debuit eligere, cui præfectu-
ram demandaret. Per eos dies opportunè
aderat *Georgius Christianus* Princeps *Hasso-* Princi-
Homburgensis, qui in Hispanicis, Gallicis, pens
Germanicisque bellis jampridem exercita- *Hasso-*
tus, probatusque, eâ se honorari functione *Hombur-*
non dedignabatur. Et commendabat *He-* *genserm.*
roem ipsius Domûs *Hassicæ* splendor, è quâ
tot viri fortes, facesque bellorum hoc adhuc
sæculo prodierant, ut vel eò promptiùs huic
Duci miles omnis pariturus crederetur. Hunc
igitur militiæ suæ, Castrorumque Præfectum
adoptavit.

Intereâ suppetiæ, quæ *Parisiis*, *Moguntia*, 70.
Berolino, *Bonna*, *Dusseldorpo* hactenùs dubiè *Gallia*
sperabantur, quotidie magis evanescebant; *adversa-*
quod *Ludovicus* Rex hac tempestate nollet *tur.*
terrestri bello Remp. infestari; & *Branden-*
burgicus *Octovir*, quem plures quidem causæ
in

1665.

in armorum societatem trahebant, à nonnullis persuaderetur, longè posse utilius eo in turbido hodie piscari.

In Galliis interim urgebat *Smisingius* Comendator, ut auxilia mitterentur Principi suo; Ad hoc enim Christianissimam Regiam Majestatem lege fœderis obligari; secundum cujus nimirum verba ipopondisset.

Quandocunq; Confœderatos, seu Eorum civitates, ubicunq; sitas in Germania, hostiliter invadendi; vel starivis, exactionibus, transitibus violentis, seu executionibus militaribus, aliisve fœditis, aut pressuris quovis modo gravari contingeret, Confœderatis se tum conjunctim, tum seorsim singulis adstiturum. His omnibus

laccessitum, presumq; à Batavis Præfulem Monasteriensem, Eiusque Principatum, quando Castellum *Dylerianum* anno precedente expugnârunt. Rex quanquam controversare id noluit, quod tamen æquè antiquiori,

Et succurrit Batavis.

ac recentiori fœdere nexum se Batavis, imò & arctius adstrictum fateretur, & iis jam antè adventum Abligati subsidia postulantibus ad dixerat; si quidem suam Orbi fidem probatam velit, non posse non respondit ipsam iis opem præstari. Et omninò fore absolum, si utrique suppetias mitteret, atque ita in hostili utrinque exercitu conspicerentur auxiliares Gallicanæ, quæ mutuis semet præliis configerent. Instante iterum *Smisingio*,

ut ergo neutri Rex subveniret; id enim non 1665
 minùs excusari posse apud Batavos ex Rhe-
 nanâ, quam apud Monasteriensem nunc ex-
 cusetur ab Hollandicâ Confœderatione: con-
 stantiam mentis suæ & promissi testatur Rex.
 Orat igitur Ablegatus, meminisse tandem
 velit Majestas sua, quâ se religione Confœde-
 ratis Germaniæ Principibus obligârit; Verba
 fœderis esse; *quod ne quidem contra socios, sed
 nec contra vel in Imperium, aut Electores, Prin-
 cipesq; aut eorundem Provincias, terrasq; ho-
 stiliter incurfare, aut hybernis, contributioni-
 bus, aliisve quibuscunq; exactionibus bellicis
 gravare, easque nullo alio modo turbare velit.*
 Quâ fide Batavis ergò succurri, copiisque
 Regiis Præsul Monasteriensis, ejusque Prin-
 cipatus invadi possit? Verùm tenax proposi-
 ti Rex recentioris cum Rep. fœderis sanctita-
 tem objicit; dein secretò Ablegatum rogat,
 quo ipse animo posset succurrere Principi,
 qui tum *Vienna*, tum *Ratisbona*, Austriacis, *Multa*
 Hispanisque, consilia, nescio quæ, fugesse *suspecta*
 rit soli Franciæ exitiosa? Ea omnia, quantum *habet.*
 vis tectè putentur acta, secretò sibi confirmata
 ex aulâ *Madritensi*. Cum his conspirare,
 quod ære nunc Hispanico, certè typi Hispa-
 niarum Regis militem conscribat. Scire se,
 qui Tribuni, qui Centuriones, imò quot
 Decuriones ac gregarij è præfidiis Hispano-
 Belgicis Monasteriensi militia nomen dede-
 rint.

1665. rint. Hæc unius non esse conata Episcopi, sed veriùs longè aliò collimare. Atque us ita quidem moveri se, ut tametsi minùs dubitet, si quando forsan jure suo adversus Belgum utatur, infensioem sibi hostem præ Batavis neminem fore; non debeat tamen ipsa hodie non probare sponsam fidem, & expectare aliquandò à Monasteriensis certioribus. Intercà suadere pacem, & honestas auctore conditiones; de quibus cum agetur, tamè tamè damna posse à copiis suis timeri, quod hybernandi, non pugnandi necessitatem sub hac impositura sit tempestas hyemalis.

71. *Christophorus Bernardus*, dum in Gallia & Germaniâ non tepère solùm, sed & præter omnem expectationem adversari etiam fortios experitur, aliquantisper fluctuat, armis ne hoc adhuc autumno inferenda, an in proximum Ver suspendenda sint; si fortè per id tempus, Britannum inter ac se, & Batavos, pax æqua componi posset, cujus non minùs, quam & desideratæ securitatis, ac reddendæ ipsius etiam *Boreuloæ* spem, Gallia proximam faciebat. Postquam verò in Batavis id frustra tentari compertum habet, & hinc urgetur à fœderis Anglicani fide, & inde ab onere immenso, si per hyemem in solo Principatu suo hospitaretur tantus miles, belli prosecutionem decernit; è re Patriæ ratus, si in hostico hyberna agat, ac tutiùs fore, si quicquam

C. Bern.
bellum
prosequitur.

tem Marte quærat; Nunquam enim majori 1665.
 rem affulgere spem æquæ pacis, quam cum fe-
 riò bellum geratur; Neque in eo frustrari
 posse, qui Caroli Regis potentia inniteretur,
 nec favores Ludovici desperaret.

Ergo postridiè Iduum Septembris ad Con- *Causas*
 fœderatos Belgarum Ordines litteras scribit, *evulgat.*
 quibus vindicantis belli causas explicabat.
 Hæc erat earum summa. *Futuros indubiè*
memores commercij litterarum anni superioris.
Et quanquam speraverat, nequidquam hostiliter
machinaturos, cum res Frisia Orientalis, non Au-
rice tantum & Ratisbone, sed & operâ Bra-
beckij Decani, coram ipsius etiam Reip. Dele-
gatis Haga, de novo composita esset; ut ipsa nu-
per Hollandia, quando ad sumptus belli Angli-
cani contribuendos, Occidentalem Frisiam adi-
gere voluit, sponte sit fassa, tantummodo forma
cujuspiam pretextum defuisse. Dolere tamen
eo pro dolor! insperatam irrupisse flammam,
ut pro illatis tunc injuriis, damnisq; congruam
hodie satisfactionem & in posterum securitatem
debeat postulare. Eo fine confugere se ad
DEUM, concessaq; ejusdem propitiatione po-
tentium sociorum auxilia; ac singula præpa-
rare, quæ asequendo huic scopo necessaria vi-
debuntur. Non unâ de causâ ad id mo-
veri.

Immiscuisse se Ordines, controversie Liöch-
tensteinianæ, Cæsaris ac Tribunalium Imperij
judicio

judicio terminata, & executionis commissioni, nullo iure ad Remp. pertinenti. Perperam tutatos Frisum, Imperii Principem, contra Imperatoris decreta, & sub clausula parata executionis ac constituti possessori, ab ipsius pactam sponte transactionem.

Aggressos hostiliter Casarem, Romanum Imperium, & inprimis Circulum Westphalia, ipsumque se, Principem vicinissimum & Directorem. Principatum Monasterium sem ad aliquot milliarium spatia violento transitu infestasse, in eorumque hospitibus ad libitum designata; fluvios & amplexibus stratos; comitatum velut in hostico imperatorum expilatas Nobilium aedes; spoliatum, pulsatumque, inustum ignibus in agro colonum; devastatas domos & villas; partim etiam exusta: Quin nec ipsi DEO pariter effracta vi templa, raptumque quidquid obvium fuerit, praeter ipsa, imò crucem unius Salvatoris nostri IESU CHRISTI, peiore quam Turcarum barbarie, contumacitans; ipsasque sacratissimas hostias, quas potior Orbis Christiani pars summo cum honore veneretur, sacrilege profanatas.

Aufos denique in ipsis Imperii terris, arcem Dylemannam, armata manu obsidere, tormentisque ac moribus furiosius oppugnare, ac tandem praesidiarios Monasterienses, qui Caesaris & Imperii nomine fortalitium possidebant, post vulnere, necesque diversorum expellere, ac suo statum praesidio firmare; atque etiam ad maiorem Germanica nationis contemptum illud hodie dum continuari.

Et haec omnia patrata esse, priusquam vel terminis ex aere debito solutus, aut pecunia praesens oblata esset. Allegatum cum errore juris axioma: Oblatione pignus solvi;

solvi; realem eam, non verbalem, legibus requiri.

Nec idcirco Ordinum interfuisse, quod argentum priore termino solvendum, & partem secundi corrogassent; cum enim compositio Ratisbonensis multo tolerabilior Oest-Frisiæ, utiliorq; fuerit, haud fuisse istiusmodi sollicitudine opus; ac propterea præstitisse, si vel suas ipsi pecunias retinuisent, vel cessantis alicujus lucri exegissent supplementum, quam ut ab orsu tele tam exitiosa, privatam duntaxat sui, non Frisij Principis utilitatem aucuparentur.

Oest-Frisiam semper ab Ordinibus oppressam esse. In eam ipsos Mansfeldicum olim, & Hassicum nuper exercitum introduxisse. Præsidis suis Embdam firmasse & Lierorthum, nota Imperij munimenta. Continuas fovisse Comitum inter & subditos dissensiones. Abusu tutela quasivisse dominatum, & qualis post publicam in Germania pacem hæcenus audita non fuerit, hostilitatem sibi & ipsi Imperio intulisse.

Eam se offensionem, oppressionemq; tolerasse tunc quidem patienter, quando præmissis jam contra communem Christiani nominis hostem copiis suis, ipse ex Imperij totius voluntate, ad iter Hungaricum se parabat, & in aliud tempus rejecisse.

Ad hæc Ordines mox ab expugnatâ arce Dylerianâ virulentas Cæsari litteras exarasse, ad augendam sui contumeliam jam antè, quam Majestati suæ reddi potuerint, publico typo divulgatas.

Dynastiam insuper Borculoanam ab anno seculi decimo sexto, aliq; plura loca, quæ Monasteriensis Principatus sint, injustis armis occupata, detentaq;. Tot injuriis necdum saturos, eodem superiore anno summam postulasse flo-

renorum quidecies centenorum millium, & ni solutio brevi succederet, executionem comminatos; quacum exitio suorumq; subditorum certe fuisset subsecuta, nisi bellum interea Britannicum intercidisset.

Suum contra se Monasterium obdurasse, jacturâ Diocesis multarum myriadum, & ipsius Civitatis aliquot centenorum millium Imperialium nummorum.

His diebus contemplatione sui raptos in vincula ab Ordinibus Gelriae, Orthodoxos quosdam & insontes, tormentisq; horrendum adeo subjectos, ut eorum alter inter cruciatum extinctus sit; ac deinde sparsim in Vulgus, subreptos à se homines istos, qui nefarie proderent, succurrerentq; tribus in locis Doesburgum & Arnhemium Civitates. Palam contradicat tam enormi injuria, ac postea reservet ultioni.

Voluisse hac enuclearius significare, non tam ut Orthodoxo testetur innocentiam suam, quam uti confidit Ordines eò promptius curaturos, ut absq; morâ satisfacta restitutio, & in futurum indemnitas praestetur.

Eorum mentem cum hoc-ipso, qui litteras perfert, Turbicine expectari, quò certius praecaveant incommodis, quae alioquin inevitabili casu subsequenter. Fuisse namq; militiam esse, ad hunc finem ut agat; & conferre severam in eos, quorum prima offensus, oppressioq; & contumacia tot injuriis ac hostilitates, istiusmodi malis iniuriam & causam dedere.

Nec mirentur Ordines hunc scribendi modum, cum ei par sit, quem vigesima nonâ Aprilis ipsi formaverunt anno superiore. Tandem subdit Martem suum nullius vel Religioni vel libertati obfuturum, sed eo tantam intendi,

tendi, ut constantem posthac cum unitis Provin- 1665.
ciis quietem assequatur.

73.
Easdem
significat
Caesari.
Alteras sub idem tempus ad Caesarem mit-
tit; quibus easdem vindictæ causas non mi-
nùs exprimit, quam vel indè magis exagge-
rat, tam iniqua passum se, quando tum in
exequendâ Caesaris Commissione, tum susce-
ptâ in Eiusdem & Imperij totius bonum, ex-
peditione Hungaricâ occupabatur: Cumque
aperit fœdus *Anglicanum*, excusat hætenùs
non indicâsse, quò secretiùs haberet, evita-
retque, ne præcedentis anni exemplo, ab ista
denuò viciniâ opprimi contingeret impar-
tum.

74.
Lustræ
exerci-
tum.
Legiones
Equæ-
stres.
Certus igitur in hostico nunc hybernare,
exercitum lustrat, & has initiò numerat Le-
giones. Equestres inter prima erat ipsius
Christophori Bernardi prætoria. *Secunda*
Campi - Mareschalli Principis Hasso-Hom-
burgensis. *Tertia* Generalis vigiliarum Præ-
fecti *Gorgassij.* *Quarta* Comitum *d' Offerij;*
ac deindè Chiliarchorum: Quinta *Postij;*
Sexta *Lutzovij.* *Septima* *d' Arbej.* *Octava*
Comitis de Efferen. *Nona* *Bartholdi.* *De-*
cima *Korffij.* *Undecima* *Brabeckij.* *Duo-*
decima *Meinardi Hagij & Gosci.* Turmas
ut minimum octo singula, & nonnullæ etiam
plures numerabant. Ad has accedebat nu-
merosior defultoriorum Legio *Wolffrans-*
dorjica.

1665.

Pede-
stres.Battail-
lons.75.
Castra
movet.

Pedestriam prima censebatur *Plurenij* Vi-
carij exercitus. Secunda *Gorgassij*; cum
Tribunorum tertia *Sancti Thimi*; Quarta
Scharenbergij. Quinta *Aldenhauptij*. Sex-
ta *Walpotij*. Septima *Tölleri*. Octava *Me-
ni*. Nona *Butteleri*. Decima *Crohny*. Un-
decima *Elverveldij*. Duodecima *Rhenov-
vij*. Decima tertia *Mollij*. Præter has in
Belgio tres latebant, uti quarta decima *Co-
mitis de Natta*, decima quinta *Carpj*, ac de-
cima sexta *Cleuteri*. Centurijs duodecim,
& pluribus etiam singulæ constabant. Præ-
ter has non pauci erant Equitum, peditum-
que Ductores, compositis seorsim agminibus
impositi, uti *Funckius*, *Westholius*, *Kitzlin-
zins*, *Pilackius*, *Bleckmannus*, *Kaderius*, *Ni-
zavius*, *VVyntgenius*, *Plettenbergius* & plu-
res alii. Quam unius Episcopi potentiam
non Westphalia tantum, sed universa pars
Europa demirabatur.

Jam antè Princeps exploraverat animum
Gorgassij, de obsidendo, expugnandoque
Bourtange munimento; cumque is expedi-
tionem haud difficilem arbitraretur, Legio-
nes aliquot eo fine in *Embslandiam* secum
assumpsit, brevi fortalitium, uti spondebat,
subacturus, dummodò non obstaret aëris in-
clementia, & prætereà tergum immune serva-
retur. Quo *Meppenam* abeunte, *Christo-
phorus Bernardus* cum reliquo exercitu die
vigesi-

vigesimâ tertiâ Septembris in *Tubantiam* mo- 1665.
 vet, & *Gronovia* ipso pernoctante, in pago *Tuban-*
Loffer castra figit. Isthic ex calonibus non- *tiam in-*
 nemo sacram ædem succendit, tantumque *vadit.*
 per hoc terrorem *Transisalanix* incussit, ut
 jam quisque fugam capefferet, & ipsas *Civi-*
 tates, totamque *Provinciam* metu compleret.
 At verò Princeps, qui incendia perseverè
 prohibuerat, in reum mox inquiri iussit &
 cum rigore animadverti. Hoc enim illi
 Pontifex indulserat, ut pœnas etiam sangui-
 nis liceret decernere absque ullo censuræ
 periculo, aut Canonici alterius cujuscumque
 impedimenti.

Postridiè *Enschedeenam*, & intra triduum *Variat*
Aldenzaliam, *Oetmarsiam*, *Almeloam*, *Die-* *Civitates*
penheimium, aliaque *Transisalanix* loca, arces- *& arces*
 que occupat, & munit. Indè *Borculoam* occupat.
 conversus, post unius diei obsidionem, oppi-
 dum, arcemque expugnat. Præfidiarij cle-
 mentix *Victoris* se dedunt, post biduum in-
 mes *Grollam* abire permitti. Ipsâ *Sancto*
Michaeli festâ luce solenne gratiarum car-
 men in æde *Parochiali* decantatur. Ut au-
 tem *Isala* propior miles esset, Kalendis *Octo-*
bribus in agro *Lochemiensi* castra ponunt.
 Per eos dies *Lochemium* ac *Doetechemum* op-
 pida, tum *Keppelia*, *Dorthum*, *Weldenbur-*
gum, *Voerdena*, pluraque *Castella* & arces
Comitatûs Zutphanix in potestatem redigun-
 tur.

1665. Principis mens erat aut *Doesburgum*, aut

76. *Zutphaniam* obsidere, ut ita loco potiretur
Plurium Isalam, è quo non *Velaviam* tantum tributa
locorum obnoxiam faceret, sed ingruente postmodum
obsidione hyeme, beneficio glaciei, ad citeriora

Bataviæ loca progredi daretur. Commo-
 to itaque militari Senatu, propositum hoc
 cum belli Ducibus ac militiae Tribunis con-
 fert: Et quanquam *Campi-Mareschallo* idem
 qui Principi animus erat, ab iis tamen *Plom-
 nius* & alij dissentiebant. *Tyronem* quippe
 militem esse, nec hæcenus satis exercitatum.

Dissua- locis remotioribus longâ viarum ambage, præ-
det Se- mium in *VWestphaliâ*, inde in hosticum mar-
natus traductum, continuisq; itineribus fatigatum
militaris. Haud consulto talem adhiberi obsidionibus, quæ
 difficiles, ut hæc, futura sint. Et eo præsertim

tempore, quo in hyemem inclinet annus, & in
 terrâq; ob ingentem pluviam & obvium subiacet
 istis præsertim locis madorem, incommodi plena
 sentiantur. Præstare nunc, ut miles in hyber-
 na ducatur, expeditioni vernæ futurus optinet.
 Accedere, quod *Gorgassij* tergum ex conditio re-
 sit opus, ut *Bourtangam* securè teneat. Id etiam
 longe conducibilius hodie delex eo videri, quod
 cum ad *Isalam* nihil ultra expediri nunc mili-
 ter possit, ita si *Bourtanga* subigatur, amplius
 futura sit in *Frisiâ* & agro *Groningensi* tributa-
 rius messis. Hoc ipsum jam cum primis intelli-
 di oportere, ut exercitus vel ita ex hostico potius
 firmum

1665.
sumum alatur. In cujus pariter sententiam
 cum potior Tribunorum pars condescende-
 ret, plurimum sensui *Christophorus Bernardus*
 acquievit; ac desperato tunc ad *Isalam* tran-
 situ, firmatis per *Zutphania* Comitatum sub-
 actis arcibus, oppidisque, exercitum *Loche-
 mio* Borculoam reduxit, ut *Transisalania*
 denuò penetraret. Ubi postquam duas ite-
 rum noctes in arce conquevit, militem jussit
 ad *Ommenam*, *Transisalaniae* municipium,
 castra metari, si forsan istius nominis fortali-
 tium capi, aut vadari isthic paludes, stratâ-
 que viâ in *Drenthiam* ac *Groninga* tractum
 perrumpi posset.

77.
 Quo manè Borculoâ *Ommenam* recedeba-
 mus, asportat Batavus Tubicen ad litteras *Exerci-
 Christophori Bernardi* ab Ordinibus Gene- *tus duci-
 ralibus* responsum, vigesimâ nonâ Septem- *tur in
 bris* Hagz-Comitis exaratum, hujus argu- *Ommen.
 menti.* *Epistolam Celsitudinis* suae varia com-
 plexam; *Eorum* aliqua non proximis hisce an- *Batavo-
 nis,* sed ante quadraginta, imò & supra ho- *râ* respos-
 minum memoriam accidisse. Nolle in presen- *sio ad
 tiarum* contenta ejus refutare, sed libere duntâ- *causas
 xat,* ut testari possint, nunquam *Celsitudi
 bell.
 suae* aut *Ejusdem* terris vel belli, vel hostilitatis
 dedisse specimen, neque damnum unquam, vel
 injuriam intendisse. Tum quæ *Dylerianæ*
 arcis expugnationem concernebant, repe-
 tunt, quæ datis eo tempore ad Principem, ad
 Cæsa-

Cæsarem litteris continentur, & suprâ prolixè à Nobis memorata sunt: Deindè subdunt. Non posse diciari, exercitum Reip. tunc quidem attigisse lacum Dioecesis, sed unâ severius inhibendum, ne vel ullam subditis molestiam crearet, & hinc strictam Duci disciplinæ militaris observantiam inculcasse. Id etiam factum executum, testem esse, post aliorum delinquentium persequitur equitem coram universo exercitu in furcam actum. Celsitudinem suam ipsâ experientiâ scire, Castrorum mutationes, motusq; plerumq; nonnihil incommodi secum trahere. Commissos autem excessus, quorum meminerit epistola, non posse credi, sed ut prætextus, coloresq; allegari quibus in speciem conatus suos adumbret. Si vero quid patratum esset, oportuisse e vestigio, & non postquam annuum, reparationem damnorum esse postulatam. Qualem Reip. potiori jure deberi, judicaturum quemlibet partium studiis alienum, quæ nimirum ingentes sumptus impenderit exercitui comparando, ut hypothecam suam liberaret. Ejus è contra ex hoc colligi moderationem, quod cum paratas tunc vires haberet, quarum favore et ipsi statim Monasteriensis terra visceribus, refuso sumptuum torqueri potuisset, non id tantum omiserit, sed abque ullius etiam umbra tentamenti exercitum repente dimiserit ad præsidia jam antè designata. Quantum Ordinem abhorreant ab alieno testari Bevergernam, quam adeo faciles reliquerint Celsitudini suæ: Et vel ideo non parum mirari admirationem, quasi violenter detinerent Borculam in cujus olim possessionem Styrummensis Comes legitime immisissus sit. Nec aliud litteris decima septima Junij anno superiore datis intendisse, quam ut Eidem debitum

riis sententiis adjudicatum solveretur. Et hasce quon-
dam latus esse non in-competenter aut nulliter, sed à vero
Iudice, & juris Ordine servato.

In negotio Civitatis Monasteriensis, commerciorum &
publica quietis rationes exegisse, ut compositis, amica tan-
tum interpositione, controversus Principem inter & Circes,
Vicinos scilicet, amicosq₃, concordia stabiliretur; nec alio
Remp. collimasse, argumento sit, quod sedatis postea moti-
bus acquieverit.

Vigilantiam Ordinum Gelriae, qui secretis suorum con-
juracionibus antevertere satagant, neminem non probaturum,
nisi forte cuius intersit, si prodiones huiusmodi ef-
fecta sortirentur. Id de charactere & generoso Principis
animo nolle suspicari, quin potius, tantam facinorosorum
impietatem mente Christianâ detestaturum, puniturumq₃
suspectos, qui Monasterium confugerint, aut certè tradi-
turum, ut pro sceleris atrocitate poenas luant. Non
procedi hoc in passu ex immoderatâ animi affectione, nec
Religionis odio, sed de Patria tantum salute laborari, qua
suprema Lex sit, cunctorumq₃ Imperantium obligatrix.

Licentiam Typographorum, quâ Princeps doleat non-
nulla in contumeliam sui evulgata, iis in Provinciis, diffi-
culter posse coërceri, quidquid edictorum contrâ, poena-
rumq₃ salubriter emanârît. Neq₃ solius hoc vitium Bel-
gy, sed plurimum terrarum esse.

Procul abfuerit à Rep. ut ejus ductu Mansfeldius olim
Comitatum Oest-Frisia intrârît, qua comparaverit argen-
tum, ut ipse celerius excesserit. Longius verò abesse, ut
alios postmodum contra propria sui commoda eo immise-
rit, quo magis impar redderetur solvendo as. tantâ sollici-
tudine

16 65. *radine mutuatum, E contra Remp. Comitatum illum exonerasse semper, gravasse nunquam Dissidentes saepe Comites, Ordinesque terrarum istius, Batavorum studio conciliatos; ac stabilitam ita concordiam, illos ipsos litteris non minus ac grati animi significatione, nec raro rogatum esse.*

Sibi quidem propositum fuisse amicae semper vicinitatis jura cum Monasteriensi colere. At vero nunc, cum inopinata hostilitate, diversam jam tum Reip. loca invaserit, oppresseritque, nec posse amplius ferri, sed ea se arrepturos metu, qua divina benignitas suppeditarit injuriis hinc damnisque propulsandis; donec aspirante DEO Celsitudo sua locum rationi dederit, & Ordinem congruam ab eo satisfactionem impetrarint.

78. *Jam ad Viadrum, seu Vechtam fluvium in agro Ommiano castra locaverant Monasterienses: Dum isthuc appellunt, nemo mortuum in Municipio visus est, qui vel inter paludes abdidit se, vel ad loca securiora tulerant. Viri duo post biduum reversi Municipium pestiferae lue infectum & ipsas domos affirmabant, quibus primores aulae morabantur. Sed quod nec ij, nec quispiam alter correptus fuerit, militem passim crediderunt peste superiorem. Ommianum interim fortalitium lustrabatur, sed palustri circumfusa ex imbrium frequentia, tunc etiam humido re inaccessum. Et ipsae paludes autumnali-*

*C. Bern.
partem
exerci-
tus in
Embslan-
diam
ducit.*

bus aquis impervia, iter in *Drenthiam* prohibebant. Jussis igitur armatorum circiter octo millibus, Ductore Comite d'Offerij, & Cronio rei tormentia Praefecto, apud *Staphorstum* & *Rovennam* Castella, transitum vi querere, *Christophorus Bernardus* cum reliqua exercitus parte *Oetmarsiam*, & inde per Comitatum *Benthemensem* in *Embslandiam* Partem contendit, ut *Gorgassianis* hasce copias sociamitteret. Et quanquam Batavi vias in *Staphorst* in *Drenthiam* & *Rovenne* ita praescriptas existimabant, ut im-possibile foret hosti penetrare: *D'Offeriani* agrum tamen, ut primum tormento vel uno agi ceptum est, facili negotio peruperunt, fugientibus *Hasseletum*, *Zovollamq;* excubitoribus. Hac igitur *Drenthiam* longe, lateque & agrum *Groningensem* pervadunt, ac demum *Winschoti*, inque tractu *Westeruvoldico* ac *Weddano* muniunt se, Principis nutum expectaturi.

Is jam ante *Gorgassio* se junxerat, & desperata tunc continuas inter pluvias *Bourtan-*ge munimenti obsidione (quae cognominem *Isthic* inter ac vastam paludem, loco uliginoso, stagnanteque sita est) graviore cura premebatur, qua tandem via aquis quotidie invalescentibus salvaret exercitum, qui trans paludes confidebat. Nam intersecis ubique pontibus, viisque numerosiore passim milite firmatis, iter prius relegere, hostis ex classariis indic

1665.

79.

Isthic
sepris.

dies

1665. *Super paludes Bour- vanga.* dies potentior, & *Bourvanga* vastitatem pemeare, palustris humus, vix usquam equitabilis, & voragine passim obvix vetabant. Cum autem effugium aliud nullum occurreret, iter *Hedam* Embslandix pagum & *Aphel* ex adversa ripa (*Crucigerorum* quondam Monasterium) *Bourvanga* paludi pontem imponi jubet. Minor isthic inter utramque oram distantia erat, nec ultra sesquimillium Germanicum latitudo extendebatur. Magna igitur festinatione certantibus utriusque operis, machinam fabricant. Congerunt fascies, virgulta, viminaque & everlis etiam in hostico domibus, tigna, trabes, tabulae, ferres, & quidquid usquam erat in vicinia ignorum, ut pons confiat.

80. *Conster- natio Batavorum* Ingens sub hac consternatio in Batavia fuit; nam late terrorem sparserat haec Monasteriensis expeditio. Dum *Isala* vicinior *Christophorus Bernardus*; *Gelri*, *Zutphanis* que auxilia inclamant: & *Groningeni* item, ac *Frisia* è tractu, qui excubabat ibidem miles *Batavus*, inusitata promptitudine mittitur. Ut primum verò angusta viarum ad *Staphorsum* penetrat, seseque in *Dronthiam* effundit hostis, nudatam dolent Provinciam *Frisij*; & ipsi & *Groninga* festinato copias revocant, quas paulò antè concesserat *Transsalanorum*, *Gelrorum*que necessitati *Fortissimae Batavorum* Legiones, classim mixta,

mixtæ, adhuc Oceano innatabant. Non ces-
 sabat in *Zutphanis*, ac *Transisalanis* timor, à
 numerofo subactarum tot arcium & oppido-
 rum præfidio. In *Groninganis* ardebat *Vca-*
legon. Vastari fuas quique Provincias ge-
 mebant; & nutantibus etiam amicis exter-
 num quæri subsidium, ipfo fortassè malo pe-
 jus. Jam annitente *Waldeckij* Comitæ o-
 perâ cum Principibus *Brunsvico-Lunaburgicis* cum *Lu-*
 Ordines fœdus icerant, peditum octies, equi-
 tum verò quater mille pacti.

In Franciâ *Beuningius* Reip. Orator (vir
 Consularis, & tunc vix ulli in Belgio secun-
 dus) aures quotidie Regis pulsat, ut lege fœ-
 deris suppetiæ mittantur. Et Rex quidem,
 ut antea dixi, non unâ de causâ in id satis pro-
 pendeat. Jamque subsidio Batavorum de-
 stinârat duo equitum, ac quatuor peditum
 millia, selectum militem, *Pradelio* Duce; &
 in eo tantum laborabat, quâ commodiore viâ
 in Confœderatum Belgium ducerentur. Nam
 Hispani, quem ante *Britannis* negaverant
 transitum, auxilia *Monasteriensi* parantibus,
 non posse nunc, ajebant, Gallis concedi fa-
 vore Batavorum, sinè offensa *Caroli* Regis.
 Sed & *Philippum* Monarcham suum opportu-
 nè jam *Cæsarem* monuisse, ut Bellum hoc au-
 thoritate sua quantocyùs sopiret. Effectum
 hunc priùs expectari oportere. Ea Hispa-
 norum difficultas primam augebat suspicio-

1665.

Eorum

fœdus

Lunaburgi-
cis.

81.

Suppetiæ

ex Gal-
lia.

Yy

nem

1665. nem *Ludovico* Regi, ut vel propterea major
etiam studio *Coloniensem* Octovirum
Neoburgicum Ducem à *Monasteriensi* di-
verteret; & illum sollicitaret, cujus permittit

Tardius *Leodiensem* Principatum transirent copiaz
progre- xiliares. Et quamvis eam Gallorum prim
diuntur. lentitudinem, deinde viarum ambages, *Bat-*
vi dolum interpretarentur, excepti tamen
finibus *Eburonum* à *Reip.* Delegatis, die ter-
dem *Novembris* vigesima prima, *Neomagus*
appulerunt. Ubi *Vahalin* & *Arnhemii* Ripa-
num trajecti, *Velaviam* ingrediuntur, &
pagis ad *Ifala* ripam tantisper confedere. U-
gēte mox *Rep.* ut in *Diocēsim* *Monasteriensem*
arma inferantur, *Pradelius* hyemem castrorum
importunum bellandi tempus; *hybernandis*
nunc, *sub Ver* in hostem contendendum esse

Et ju-
vant.

Dies aliquot ea tergiversatio trahebat. *Or-*
dines *Confœderati* moræ impatientes,
morosiores porro sint *Galli*, suis imperantibus
soli ut in hostem agant. At *Delegati* *Camp-*
pestres hæc facilius *Hagæ* concipi, quam in
Campo fieri régerunt; & multa sane deesse
expeditioni. Debere triticum, quale nec
in *Gelria*, nec *Transisalanis* prostack, ex *Ur-*
bibus *Hollandiæ* ad castra vehi. Curant
quater mille paria calceorum & caligarum
pediti *Gallico*. Ad hæc desiderari curus, à
Provinciis *Hollandia* & *Ultrajecto*, supra lecto-
centos. Nec in *Castris* esse murales machi-

nas, aut mortaria; nec globos, pilasque iis 1665.
accommodatas. Quæ cum seriùs omnia cu-
rarentur, quantò vehementiùs urgebant Or-
dines, ut in hosticum moverent, tantò lentius
festinabatur.

Jusso demùm Kalendis Decembris utro- 82.
que exercitu *Isalam* trajicere, & militibus Gallo-
quadridui cibaria ferre secum, ex Gallicis *rum ter-*
Commissariis non-nemo *Zutphaniam* advo- *giversa-*
lat, ubi *Campestres Delegati* morabantur, & *tie.*
annonam præmitti monet; nec enim pedem
moturos antè auxiliares, nisi de sufficiente pa-
ne, cerevisia, carne & avena certi sint, & ea
quolibet die in hospitiiis vel stativis ad manum
tradantur. Regium namque militem haud
aliud, quam arma portare assuetum. Nec
eam hodie viarum esse conditionem, quæ
multa secum ferre sinat. Offensi quotidiana
eunctatione Generales Ordines, Regium
Oratorem *Hagæ* conveniunt, rogantque;
Pradelium ut moneat, promptior sit in mo- *Molesti*
vendo, & observantior disciplinæ militaris. *sunt*
Queri namque Provinciarum subditos, non *Provin-*
tantùm à populationibus non abstinere auxi- *ciis.*
liares, sed ab ipsis etiam, quam hoste, pejùs
agi. Contra milites; quod pane caruerit, bi-
duanâ pressum inediâ cogi alimoniam con-
quirere; Venisse ut mererent, non ut fame
perirent. At lixx querebantur, ab auxiliari-
bus rapti, non solvi merces. In castris ideò

Yy 2

Gallicis

1665. Gallicis neminem velle nundinari. Ità alterationibus dies iterùm trahebantur.

Joannes Mauritius *Nassovia* Princeps, Ducatus *Clivia*, annexarumque Ditionum Governator, in utroque Orbe famosus Hero, Castrorum *Reip.* Præfectus erat. Hunc ratis in diem ferè monitionibus Ordines gent, ut si terram hosticam invadere non permittat tempestas præfens, saltem recuperat fatagat *Lochemium* ac *Doetechemum* oppida quò impressa ab hoste macula aliquantum luatur. Si vires antè impares visæ, nunc subsidiariq auctas exercitu, cur non majora cur præstituras?

83. *Obsidetur Lochemium.* Octavâ igitur Decembris trajecto *Lochemium* obsidione cingit, *Pradelio* comitante. *Elverfeldius* loci Præfectus, exultante ante mœnia horreis, attritâque annonâ, defensionem se parat. Id quanquam initio strenuè facit, quod oppidum tamen munimentis olim exutum (ut mihi, dum imponebatur, ipse questus fuit) haud diu posset defendi, octiduo postquam obsideri cœptum est, honestis conditionibus dedit; Quarum obsidentes puduisse ferunt, quandò Martium inter apparatus, reliquæ nitrei pulveris, ab *Elverfeldio* dimidium duntaxat vasculum consignabatur. At *Nassovius* verbi tenax, neglecto quorundam murmure octuaginta equites adjunxit, qui præsidiarios, cum armis & signis

& signis, more militari, decimâ quintâ Decembris egressos, sarcinisque omnibus, *Uredenam* usque deduxerunt. Recuperato sic *Lochemio*, tametsi in hyberna duci exercitum nunc oportere plures sentiebant, quod tamen constaret Ordinibus gratius fore, si in ipsis adhuc terræ suæ visceribus hostis impetere-
tur, visum est propiùs Diocesim castra mo-
vere.

Quandò è Galliis auxiliares in Belgium descendere nunciabantur, *Christophorus Bernardus* cceptam nuper pontis fabricam admirabili celeritate maturabat, ut militem suum in *Caltris Winschotanis* septum tandem educeret, junctumque exercitui, hostibus objectaret. Jamque ingestâ immensum terrâ, cespitem, arenâ, & præter incredibilem, ut antè memini, asserum & omnis generis lignorum farraginem, ramis arborum, ipsisque arboribus injectis, ac palis, trabibusque ad marginandum defixis, ita opus excreverat, ut continuam trium horarum paludem, viâ nunquam visâ, permeabilem, equitabilemque fecerit; & copiæ, quæ paludibus, aquisque cinctæ, nunquam evasuræ credebantur, ante finem Novembris, inexplicabile iter, ad stuporem omnium, feliciter emensæ sint. Frontem tenebant pedites; medium sarcinæ & præda, milleni *Frisij* boves; agmen claudebat equitatus. Eductis jam Legionibus, cum

1665.

84.

*Miles
Mona-
steriensis
in hostico
septus.*

*Miri
pontis
beneficio.*

*Feliciter
evadit.*

1665. *burgicus* miles auxilio Batavorum destinatus in agro *Osnabrugensi* coire significaretur, quatuor mox equitum millia isthic emisit, ut diribitoria, ac delectus quoscunq̄e disjicerent, turbarentq̄e; sed comperto ex vanumorem esse, ad Castra revertuntur. Cetus autem copias Batavorum *Isalam* trajecit, & *Lochemio* minari, jubet exercitum in *stem* contendere, & confertis manibus tentare fortunam. Jamq̄e *Monasterienfes* *Westerhuicam* usque progressi erant, sed cum *Batavi* occupato jam *Lochemio*, relicta ad *laxam* *Grollâ* ac *Bredefurto*, referre pedem, & *Zehlemense* *Ericetum*, versus *Isalam*, rursus descendere nunciantur, quodq̄e militum *D.*

In ho-
stem
movet.

Landgravius Hasso-Homburgensis, tribus septimanis à *Christophoro Bernardo* ad *Celestem* ablegatus, isto tempore abesset, nec *Plurenium* & *Gorgassium* benè convenire, jussu Principis dissoluti, injectâ *Bucholdia* prius *Legione Scharenbergicâ*, in hybernâ mittuntur.

85.
Batavi
delibe-
rant.

Sub id Batavorum exercitus in *laxam* *Dicecesis* ad *Rhedam* pagum haud longius minus leucæ spatio *Bucholdiâ* distans, castra facit, deliberatq̄e Civitatis istius obfidionem. Facilem persuadebant *Hambroeckum*, qui Castrum isthic suburbanum, *Bunekottam*, habitabat, & *Ingenhovius* satrapa *Weerdtum*, quorum uterq̄e sub signis Batavis mercabatur. Nullus

Nullius altitudinis fossas esse, & fundum in iis 1665.
 solidum. Muros vetustiores, nec propu- De obsi-
 gnaculis ullibi extantibus, nec terrâ intus ag- denda
 gestâ munitos. E fossis extimis nullo nego- Buchol-
 tio aquam derivari posse. Interiores vix pe- dia.
 des quindecim latas. Nec ulla extare in op-
 pido tormenta. Contrâ differebat Prade-
 lius; Bucholdiam Legionis integræ præsidio his
 diebus firmatam, constare sibi ex duorum Civium
 confessione. Non vallata quidem mœnia esse,
 sed fossas utringq; præaltas, latiusq; & aquis ple-
 nas. Ex uno latere diruti partem valli, vâ-
 cerris nunc ab hoste septam; nec dubium relin-
 qui, quin tot armati adversus impetû quemcunq;
 strenuè se defensuri sint. Fateri se quidem expu- Pradelio
 gnabile oppidum, sed certo temporis intervallo. dissua-
 Sinusitato more accessus, receptusq; parari, sug- dente.
 gestis erigi, tormentis mœnia aperiri debeant,
 fermè sextiduum requiri. Et unde interim
 armentis pabulum, quale intra duo circum mil-
 liaria offendi nequeat? Id ante curari, aut ob-
 sidium intermitteri oportere. Sed nec in Castris
 machinam esse, quâ muri pars sterni possit. A-
 liunde nunc adduci non permittere viarum dif-
 ficultatem. Ipsam adversari asperitatem hye-
 mis, & eas aeris sentiri injurias, quibus homo In hy-
 juxta ac pecus enecentur. Nec habere qui- berna se-
 dem, quo se tegant: Imprudentis esse inchoare cedunt.
 obsidionem, qua inevitabili postmodum necessi-
 tate debeat intermitteri. Quas Pradelij ratio-

nes cum unâ *Nassovia* Princeps, *Rheingravus* ac cæteri Duces probarent, exercitus intactâ civitate, sublatis illicò Castris, versùs *Wesliam* ductus, inque *Clivæ*, *Gelriæ*, *Zuphtinæ*, ac *Transifalantiæ* Civitates, designataj antè præsidia dimissus est.

86.

Neutrâ-
litas Cli-
væ.

Jesuita
pellun-
tur Em-
brica.

Fridericus Guilielmus Brandenburgi Mæ-
chio & Elector, sub id *Clivos* advenerat, qui
iniquum ratus, si belli istius contagione ditio-
nes suæ corripere, primas esse curas vo-
luit, cum Episcopo & Rep. convenire, ne præ-
sidiarij Civitatum *Clivæ*, *Monasteriensibus*,
nec hi contrâ terris suis, aut istarum Urbium
præsidis nocerent. Et quanquam Bellige-
rantium utraque pars, Religionis causâ nihil
agi, publicis etiam scriptis testata erat: *Catholici* tamen *Sacerdotes Groningâ* pulsi sunt,
& *Patres Societatis JESU*, cum studiosâ ju-
ventute, *Embricâ* exesse jussi. Et hi quidem
tametsi *Electoris Brandenburgici*, uti *Clivæ*
Ducis & Principis sui protectionem inclama-
bant, nihilominùs intra viginti quatuor horas
coacti emigrare. Pedestrem inter cohortem
per plateas ducti, non paucis lacrimas excu-
sère. Cura domûs ex *Gubernatoris* indul-
gentia, Fratrum uni relicta est, & alterum Pa-
trem attinuit desperata valetudo; quæ dum
virum biduo post extinxit, supervacaneâ de-
buit sollicitudine, trium antè medicorum te-
stimonio confirmari. Id magni terroris ar-
gu-

gumentum plerique explicabant, quod ne 1665.
tantillum inermi paucorum turbæ fideretur,
præsertim cum lustrato jam ante per militem
Collegio, sub excussis etiam lectis, vestigata
Martis arma, nulla nisi Palladis invenissent.
Leo ab *Aitzema* industrius rerum Hollandi-
carum observator, miratum se, scribit, ista Sa-
cerdotum, Patrumque exilia; cum *Francia*
Rex Catholicus adversus Episcopum pro
Rep. pugnaret; & contra Monasteriensis fo-
cium haberet *Britannum*; Fautorem verò
Sueciæ Regem; & utrumque Evangelicum;
nihil profectò Religionem cum hisce tribus
commercij habuisse. Certè contempta pro-
tectio, & in Urbe sua, Electorem ægrè ha-
buit, sed iram tunc dissimulavit, compendio
majore brevi compensandam.

At *Lunaburgici* Principes, adversus Mo- 87.
nasteriensem, Ordinibus Confœderati, quod *Batavi*
militem terris suis onerosum, in unito Bel- *neglectis*
gio hospitari mallent, paratum jam offere- *Luna-*
bant; monebantque per Abligatos suos, *W-*
burgicis.
saliæ præsentem, designari locum, quo copiis
Batavorum suæ conjungi possent. Id verò
perincommodum nunc, inque proximum Ver
rejiciendum. *Nassovio* respondente, promissa
militum stipendia deposcunt. Hactenus
enim ex ære convento solutum nihil; nam
mercator, *Campforis Amstelodamensis* colly-
bo, pecunias *Hamburgi* numeraturus, foro
cesse-

1665. cesserat, magno partium detrimento. Sed Ordines utiliore tunc Reip. *Brandenburgicum* Electorem rati, utpote vicinum, potentem, armatum; in foedus cum eo ferendum, uti quotidie procliviores, ita neglectis quamdiu *Lunaburgicis*, omnes propè curam in id convertebant. Quas haud parum intendisse visa est suspicio Batavis, ex hoc quod *Linga*, aliisque ditionibus Principis *Auriaci* Monasteriensis Antistes parceret, ea propter cum *Brandenburgico*, veluti Tutore, nec semel à Batavis offenso, secretam colere societatem crederetur.

88. Sed & suppetiæ à *Danis*, à *Suecis* pari *Britannorum*, *Batavorum*que industriam sollicitabantur, ut vel obtinerent ipsi promissas, aut praevident in aliis desperatas. Quem ad *Christophorum Bernardum* ex *Anglia* ablegaverat *Carolus Rex*, salutatis ex *Lunaburgicis*, aliisque Imperij Principibus, ad ipsum denique *Cesarem* progressus, auxilia *Monasteriensi* implorabat. Et quanquam *Christophorus Bernardus* missio jam antè *Oenipontina* (quippe *Leopoldus* Imperator, ab obitu *Sigismundi Francisci* Archiducis, devolutam ad se *Tyrolina* adierat) *Georgio Christiano Hasso-Homburgensi*, parem æmulatione Gallorum sperabat, sponsam ab *Austriacis* operis frustra tamen eventus docuit expectasse. Intercederat namque *Hispani Regis Philippo*

quarta mors, Monasteriensi ferè non fatalis: 1665.
 quæ & inopinatio distraxit Cæsaris animum,
 & si quos ab aula *Madridensi* sperare licuisset
 favores, pariter extinxit.

Suecorum auxilia postulantibus *Holmiæ* Ba- 89.
 tavis, ceu lege societatis debita, Regis nomi- *Suecia à*
 ne responsum est: uti placita fœderis Ord- *Batavis*
 nes nunquam observâsse, ita nec hodie ad præ- *aversa.*
 standâ subsidia *Sueciam* obligari. Et quo
 ea tunc animo erga Batavos ferebatur, testis
 est hæc epistola, quam paulò ante bellum Mo-
 nasteriense exaratam Ordinibus Rex *Suecia*
 destinârat.

Carolus DEI gratia Suecorum, Gothorum,
Vandalorumq; Rex & Princeps Hereditarius
&c.

Celsis & Præpotentibus, Nostris bonis ami-
cis, ac fœderatis, Dominis Ordinibus Generâ-
libus Fœderati Belgij salutem & prosperos re-
rum successus. Per Residentem vestrum hic
dagentem accepimus litteras eas, quibus Nobis
recensetis lites & similitates inter Serenissimum
Magna Britannia Regem & vos exortas ita
accrevisse, ut injuriam exinde & hostilitates,
Vobis non modo extrâ, sed etiam intra Euro-
pam illatas esse, pluribus interpretemini; à
Nobis requirentes, ut illud auxilium, quod Vo-
bis ut sociis debetur, & quod aliàs, occasione ob-
latâ, dare parati fueritis, vi fœderis præstetur.
Proinde ut amice Vobis respondeamus, fatemur
 per-

percrebuisse jam antea famam exortorum inter Vos diffidiorum, qua nunc litteris Vestris propriis confirmatur. Sed ingratus Nobis admodum hic nuncius accidit, quod nil fore, nisi bellum minitetur, non ignaris, quam hac mala sermone non consistant, ubi incipiunt, nisi DEUS eadem pietate sua coercere & avertere dignetur. Haec incendia tanto sunt timenda magis, quanto inter tam remotas ac vicinas nationes maritimas, adeoque Orbis commercia versantes, facilius ad alios trajici possint. Delimus etiam ab initio mox adhiberi non potuisse adaequata remedia, quae us sopiendis conducere possent, aut ita mutuam amicitiam nostrae rationem comparatam fuisse, ut studio aliquo nostro impediri potuerint. Nam quod desiderium Vestrum in dictis litteris expressum concernit, certum est, inter Nos & Remp. Vestram jam dudum factum initum esse, quod à Nostra quidem parte haecenus tam constantem & sinceram fide cultum esse persuasi sumus, ut integritatem Vestram in testificationem vocare non dubitemus. Quomodo vero ab altera parte jam diu observatum sit, hodieque observetur, docent conscy Vobis actus & perpetuae ista contraventiones, quae contra tenorem iustitiae per multos commissa sunt annos. Nec Vos nescire potestis, quoties per Ministros Nostros, per insinuata memoria, per amicos communes, de iis querendi Nobis necessitas imposta fuit; cujus tamen causa tantum abest, ut Nobis haecenus satisfieri curaveritis, ut ne responso quidem ulla Nos honorare volueritis, nisi antea aliquot saltem menses cum tale quoque reddebatur, quale tantum non inimicis dari consuevit. Quae quidem in eum tamen finem nullo modo dicimus, ut à pactis rite foederibus recedere unquam a-

1665.
 nimus Nobis fuerit (sanctiora enim illa habenda sunt, quam ut injuriis, quae per amicabilem compositionem reparari possunt, planè conuellantur) sed ut post tot requisitiones, adhuc à Vobis amice contendamus, velitis ad pactorum leges animos convertere, ac eam quantocytus prestare observantiam, quam illa Vobis praescribunt, ac fas est, ut fide bonà observetis. Adest Noster Residens, qui hoc denuo per integrum annum urget; Nec ambigimus, quin si vos aut pristina jura, aut sanctimonia antiqui, quod speramus, foederis tangit, utiq; jam tempus esse censeatis, quo illius aliquam ostendatis propensionem, quam nos etiam spe magna adhuc prestolabimur. Quo factò dabitur rursus copia de mutui prestatione officij transigendi, ubi si à Nobis aliquid requisitum fuerit, in id incumbemus, ut intelligatis non modo Nos ab injuriis & cruentis abhorrere bellis, sed etiam velle eam adhibere curam, ut & publico emolumento, & Nostrae quoq; vetustae amicitiae satis consultum esse videri possit.

Suppetis igitur in Suecia desperatis, tantò Batavi intentiore curà Danum sollicitant, quantò ex ejus regni situ operam Regis credebant terrà, mariq; utiliolem.

Inter ea partium studia annus vertebatur; 90.
 At non contentus Gelriam, Transisalaniam, Monasteriam ac Groningam turbasse Mars Monasteriensis, in Cis-Mosano tractu Valckenbursum au-

1666. *gum* arcem & *Daelhemium* Oppidum, *Clema-*
ro Chiliarcha Ductore, sed irrito conatu ten-
tavit. Ipsi ad *Mosam Trajecto* structas etiam
conspiratione civium, insidias multi credide-
runt. Comes *de Natta & Carpius* Tribuni
colleētis in agro Antverpiensi, vel quod *Hil-*
pani volebant, apud Eburones, Legionibus
fuis, ad moenia *Bergarum ad Zomam* progrē-
si, *VVoudam* arcem, & *Buscum-Vetus* in *Br-*
bantiā interceptere, vicinis circum Urbibus, a
munimentis terrore non levi incusso. Men-
erat proximam *VVilhelmo-polim* capere, ut
occasione promptā, maris beneficio, exire
possent Britanni auxiliares. Viginti jam
Liburnicas Anglia paraverat, quibus pede-
stris militia veheretur Monasteriensibus se-
cianda, ut primū *VVilhelmopoli* portos nau-
cius adferret. Sed Hollandi de Britannia
jam apparatu certi, licet incerti, quō collima-
ret, auctis excubiis, navibusque pelagum, lit-
tus, & fluviorum ostia, quaquaversum studio-
sius observabant. Nihilō tamen minus *Car-*
piani perrexissent, ni militis audaciam fregis-
set novercans fortuna, & imprimis *timiditas*
Hispanorum. Hi namque toties collisionis
incurati, quod Rege nuper mortuo *amic-*
tiam Reip. præhaberent, colligentem se mil-
tem haud ultrā in finibus suis ausi tolerare,
præproperè exire jusserant, ut necdum firma-
tus, hostilem terram ingredi, & quamcumque

sus in
Braban-
ria.

Duden-
bosch.

Wils-
lemstadt

1666.
 fortunam tentare coactus sit. Cumque Mar-
 chio *Badenus*, quatuor millibus *Cæsareano-*
rum stipatus, succurrere spargeretur, vicina
Batavorum præsidia, *Buscoducense* ac *Breda-*
num, Duce Principe *Tarantio* *Monasterien-*
ses confestim obsedere. Et quanquam è tu-
 multuariâ munitione, ad dies aliquot strenuè
 se defenderent, loci tamen debilitate, & de-
 speratione auxiliorum victi, oppugnantium
 arbitrio se dedere, compulsi sunt; quotquot
 non ceciderant, captivi omnes *Ducis-Sylvam*
 abducti.

Interea Comes de *Natta* cum iis copiis, quæ *Et Tra-*
in Busco-Veteri se reliquis necdum sociârant, *ctu Mo-*
per Eburones in Tractum *Mofanum* dilapsus, *sano.*
 ex agro *Trajectensi* & *Valcken-burgico*, tribu-
 tum exigebat, in *Urbe Aquisgrano* solvi ius-
 sum; ignes alioqui ac depopulationes com-
 minatus. Sed & hanc nubem brevi dispule-
 runt pares *Hollandorum* minæ; nisi enim *A-*
quensis Magistratus exactores eos, suâ ex *Urbe*,
 actutum eliminaret, copias *Reip.* similem *A-*
quensi agro vastitatem certò illaturas.

91.
 Feliciori Marte pugnatum est à *Monasteri-*
ensibus in *Transsalaniâ*. Quando enim præ-
 sidiiis suis imperaverant *Batavi*, ut omnem
 hostili terræ vim, clademque inferrent; men-
 se *Decembri* sexcenti equites & pedites
 quadringenti, eo sine *Daventriâ* egres-
 si, in *Tubantiam* irruerant. *Gorgas-*
sus collecto in vicinia milite propè
Ensche-

1666. *Enschedeenam* hostem aggressus copias fugat, fugientesque persecutus, restaurato inter angusta viarum inevitabili conflictu, plures cecidit. Dum per paludes potior evadit pedatus, quadringenti ferè capiuntur, *Coesveldiam* primum, deinde *Monasterium* traducti. Quorum inter Comes *Warfiscus*, *Honnirvodus* Equitum Magister, Duo Vicarij, quatuor *Vexilliferi*, ac plures non infimi nominis viri sunt.

8. Jan. Ineunte Januario *Lutzovius* & *Wolffradus* Tribuni, opimas ex hostico strenas portant. Cum Equestri & desultorio manipulo, favente gelu, paludes transvadunt ingressique *Frisenvennam*, *Transsalaria* pagum, quingentos tum armatos, tum agrestes adoriuntur, captosque omnes *Monasterium* abduxere.

7. Jan. *Walpotius* è *Meppensi* fortalio, palustris quoque *Bourtangam* transgressus, ex centum quinquaginta militibus, qui in *Emmer* *Drenthia* pago, se muniverant, quadraginta delevit; ceteros cum signo militari & divite prædâ captivos *Meppenam* amandavit.

23. Feb. *Bressardus* equitum Magister (vir cetera strenuus & prudens) cum duabus equitum cohortibus & peditibus centum, prædâ *Grollensis*, *Wullenam*, districtus *Abusam* pagum expilârat, captisque incolarum *Wullenam* nullis, tributo subjicere moliebatur, *Meppensem*

Hardus Hagius Pro-Tribunus & *Meltingerus* 1666.
 supremus Excubiarum Magister insultum
 hostilem docti, tractis è repente, *Ahusiâ* &
Ottensteinâ, equitum suorum exercitatori-
 bus, hostem persequuntur, & haud procul
 à *Stadtlona*, loco clade *Christiani Brunsvi-*
censis celebri, profligant, ipsoque & Vicario
 copiarum ductoribus, aliisque centum ac de-
 cem captis, receptaque omni prædâ, ceteros
 elapsis paucis ceciderunt.

Sub Februarium *Gorgassum* in *Friesenven-* 26. Feb.
na denuò sexcentos pedites & equites septua-
 ginta quinque, qui vallo jam ac vacerris se
 muniverant, immisso per congelatam palu-
 dem milite, ita cinxit, conclusitque, ut nemo
 prorsus evaserit; sed qui cæsi non fuere, re-
 liqui omnes, cum centum adhuc præfidiariis
 ex intercepta arce *Schulenburgæ*, captivi lon- 27. Feb.
 go ordine *Monasterium* introducti sunt.

At inter hæc *Christophorus Bernardus* idem- *Grietzi-*
 tidem sollicitè cogitabat, quâ demùm viâ, *la insidi-*
 expectatus à *Thamesi* subsidiarius miles, cum *antur.*
 suo posset conjungi. Desperatâ nunc *Wib-*
helmepoli, & per Hispano-Belgium transitus
 libertate, arci *Stickhusæ* insidias parat, uti
Grietzilâ potiatur. Is portus erat in eadem
Frisia Orientali ad Oceanum situs, recipien-
 do Anglorum militi perquam opportunus,
 nec ullus ferè aptior. At *Hollandi* aut sub-
 teriti astum, aut subodorati, dum loci u-

1666. triusque securitati consulunt, maturius praevenere.

92. *Batavorum criminatio-
nes.* Verum praevalente sic passim militia Monasteriensi, mirabantur non pauci in Hollandia, cur brumâ hac, potius persistere in campo posset hostis, qui cum millenis prodiret, praestaretque multa feliciter; quam copia Batavorum, quae nuper hyemis asperitatem & pabuli defectum causata, relicta prope Bucholdiâ, cum Gallis hybernorum necessitatem allegarint. Nunc de gestis horum nihil praeter clades audiri, & onera, quibus praesidiarum & auxiliares imprimis Galli civitates gravent. Ea enim incessarum prope omnium lamenta esse. Et haec quotidie à Ministris Brandenburgicis (qui quod parturiebatur, foederis accelerationem urgebant) cum majus incitamentum, opportunè exaggerabantur; quippe *Wesaliam, Embricam, Resam, Orsovium, Budericum*, Urbes *Clivae*, Gallorum copiis ferè non oppletas, antè alios premi; nec minùs dolere Octovirum suos ita subditos, magnâ Principis jacturâ, extremam ad inopiam redigi, quam externum, tamque numerosum militem, non sinè Imperij offensione, & contra ipsas pacti leges, in *Clivâ* suâ hospitari.

93. *Tota ferè Euro-* Sub hac verò, quod plerorumque interesset Europæ Magnatum, ne flammescens jam ignis latius serperet, *Cæsar, Hispani, Brand-*

denburgicus, plures Imperij Electores ac 1666.
 Principes, & ipse Galliarum Rex *Ludovicus*, *pa de*
 interpositionem offerunt. Certè Joannes *pace*
Baro de Goe (qui tuac ad Fridericum Gui- *solicita.*
lielmum Brandenburgensem Octovirum Le-
 gatione Cæsareâ fungebatur, & post Episco-
 pus *Gurcensis* ac Sacræ Romanæ Ecclesiæ Car-
 dinalis creatus est) ab Imperatore *Leopoldo*
 ad *Christophorum Bernardum* Abligatus, dum
 Coesveldiæ Principem salutabat, consilia pa-
 cis, præclarâ oratione suggestit. Sed om-
 nium studiosior *Fridericus Guilielmus*; qui
 per eos dies cum Fœderati Belgij Ordinibus,
 contra Monasteriensem fœdus icerat, equi-
 tum quater & peditum octies mille ita pactus,
 ut pacem actutum promoveret, & sivè obtine- *Urgenta*
 ret eam, sivè non, nihilominus intra menses *inpromis*
 omninò quinque, trecenta quinquaginta Im- *Bran-*
 perialium millia, Batavi numerarent. Hòc *denbur-*
 igitur Electori utilior, quò festinatio *pax. gico.*
 Proindè *Monasterium* ocyus ablegat Cancel-
 larium suum *fenam*: qui tametsi *Christopho-*
rum Bernardum plures septimanas occupat,
 & pacare nunc rationibus, nunc minis sata-
 git: nunquam tamen ideò visus nutare aut
 inflecti animus, sed æquas pacis conditio-
 nes, utinec se, nec socium Regem abnuere,
 ita si certò spondere posset Octovir, utrum-
 que haud illubenter, aiebat, amplexurum;
 & vel idcirco non invitum oblatam admittere

1666. interpositionem, quin & eo fine missurum Legatos, qui *Clivis*, Electore cum primis arbitro, de pace tractent.

Et Rege
Galliarū

Ludovicus Franciæ Rex, cui & Monasteriense bellum, & ea Principis constantia inspectior erat, quod missio jam antè *Lesseing* frustra pacem tentasset, *Coloniensem* & *Neoburgicum*, quibus ceu tot annorum foederum plurimum tribuere Monasteriensem sciret, utrumque nunc induxit, ut instituta honorifica Legatione, & ipsi pacem persuaderent, hac tempestate utilissimam; & ut æqua foret, suâ pariter interpositione curaturos.

94.
C. Bern.
eo sine
suos ab-
legat.

Christophorus Bernardus non à sociis tantum, sed & ære menstruo, quod multo jam tempore ab Angliâ desiderabatur, subinde deseri se dolens, in pacem quotidie promissam sub finem Martij *Smisingium* Thesaurarium, & *Wiedenbruckium* Tribunalis aulici Præsidem *Clivos* ablegat, ut de pace tractent. Hanc quippè Civitatem, veluti concordie palæstram, *Fridericus Guilielmus* designarat.

Clivo-
polim.

Post ipsum magno numero præsentés erant, *Cæsaris*, Regis Franciæ, *Moguntini* & *Coloniensis* Electorum, ac *Paderbornensis*, *Neoburgici*, Augusti *Wolfenbutani*, & *Johannis Friderici Brunsvicensium*, Principum Legati, à parte utraque admissi Conciliatores. *Hollandi* Gallicis viribus innixi, & nunc etiam cum *Brandenburgico* Electore, ac

Lunaburgicis confœderati, certique dereli-
ctum à sociis Germanis Monasteriensem, nec
Cæsarem per id tempus, aut Hispanum quid-
quam contra audere, non tantum non, præ-
scribere conditiones; & hinc cuncta inprimis
loca urgent restitui, ipsamque Borculoam.
E contra Monasterienses Ablegati, dum qui
mediarum partium præsentis erant Legati
Principum, haud scite satis instructos anim-
advertunt, in initio statim justitiam belli do-
cent; non tam ut causas omnes enucleatius
recenseant, quam ut amoveant ea obstacula, *Qui ca-
teros causas
docent.*
quæ forte possent vel ipsam pacem remorari,
vel ex scientiæ defectu obtrudere iniquam.

Nolle reminisci injuriarum, damnumque,
quæ à seculo ferè Diœcesi Monasteriensi Belga-
rum Ordines intulerint, ac plures supra myria-
des excurrant. Præteriri tractus Westerval-
dicum, Weddanumque, iniquis armis ereptos:
ac Bourtangam in solo Monasteriensi extru-
ctam. Non repeti querelas, quibus integra Co-
mitiorum Imperij protocolla plena sint. Nec
tam causarum farraginem, quæ Diffidatoriâ
epistolâ contineantur. Recens adhuc vulnus
ex damnosa recalcitrantis nuper Monasterij se-
ditione, fomento Reip. continuatâ, notius esse,
quam ut consolidata necdum cicatricis dolores,
atrociore plagâ veniant innovandi. Non so-
lum expugnatio Dylariana, & invasio tunc ho-
stilis, sed etiam exacta postmodo quindecim

1666. vasa auri, eam Principi necessitatem imposuerunt, ut non tam de vindicandis antiquis iniuriam, quam novis à se propulsandis cogitare, & praesentis belli. ad ea debuerit confugere asyla, quae naturae defensionis ratio dicitur. Hac esse, vim repellere, ad arma iusta tuitionis, & potentiam foedera, auxiliaq; descendere; & tantum non primum ictum, novumq; vulnus non expellere. Quod dum privatis legitimo cum moderamine indulgent furisporiti, iniquus iudex sit, qui Principi, jus armorum habenti, licere id negat. Si singulis incumbat fides, iuraq; Imperij, & pacem eius publicam, pro virili etiam in alieno tueri, id vel majus in propriis, jus, fasq; esse. Defensorem propria salutis in nullo peccasse censeri. Principem ad sui, suorumq; tutelam, ac firmandam in posterum securitatem, armis tantum defensiva, arripere debuisse. In proprio die ea continere, haud permisisse foederum Anglicani aut bellae rationem. Mentem hanc Ordinibus solenniter antè significatam, quam extra metam propriam, Princeps progressus sit. Responsum equum redditum non esse. Eo rerum statu usum commoditate recuperandi sua, & donec de eo, deq; sufficienti deinceps securitate sibi cautum sit, pro jure & ratione belli latius diffundere se conatum.

Boreculoam post ultimi mortem Vasalli sexaginta annos à Monasteriensibus possessam; praeterita sententia ab incompetente iudice (per

viam exceptionis de incompetencia declinato) in 1666.
 Curia Gelricâ nullâter lata, iniquis armis Dia-
 cesi ereptam; justiore nunc armorum titulo,
 post pronunciatam in Camera Imperiali sen-
 tentiam, remq; judicatam, & executoriales sub
 pœna banni decretas, recuperatam esse. Id
 etiam privato licuisse, quantumvis intercurris-
 sent anni quinquaginta. Spoliatus namq; Ca-
 stro, cujus recuperatio sit difficilis, recuperet,
 quocunq; illud tempore commodius possit. Id
 quoq; contra Imperatorem & eos maxime, qui
 superiorem non agnoscant, habere locum post
 sexaginta etiam annos, constans sit Juris-consulto-
 rum doctrina. Ut profecto injuriâ Princi-
 pem afficiat, quisquis recuperatâ nunc Borcu-
 loâ, spoli nomine abutatur.

At ea tunc visa est temporum conditio, quæ
 non tam rationibus, quam ratiociniis inten-
 debat. Hollandis concepta jam pacis capita,
 tot fœderibus & impendiis parta, moderari
 detrectantibus, magnâ utriusque partis ob-
 stinatione aliquamdiu certabatur. In duo-
 bus ingens adhuc apparebat difficultas. Neu-
 ter Borculoam dimittere paratus; & quam
 militiæ imminutionem urgebant Batavi, Mo-
 nasterienses recusabant. Ea partium utrin-
 que pertinacia dies aliquot traxit. Wieden-
 bruckius interim, ipsius Friderici Guilielmi &
 aliorum suafu, cum diversorum Principum
 Legatis Monasterium non semel excurrere
 Zz 4 debuit,

95.
 Partium
 utrinq;
 obstina-
 tio.

1666. debuit, ut Principem componerent ad eas saltem pacis leges, quas ipsi Principes amici, hac tempestate utilissimas judicarent. Verum

Multa stimulant C. Bernardum. Christophorus Bernardus, qui sibi nihil iniquum obtrudi patiebatur, agrè potuit in hanc cæterorum mentem adduci. Stimulabat fiducia exercitus, qualem antè Monasterium Præsulum nemo, in campum duxerat, hostibus si non superior, certè par. Et quæ major evaderet, firmatis tantisper adversum vim Batavam urbibus, arcibusque suis, Luburgicos primùm, dein Brandenburgicos, & utrumque seorsim, totis viribus aggredi æquum erat, eorumque copias disturbare, præquam Batavis unquam sociari, minùs auxiliari possent. Nec eam à se hostium, præsertim vicinorum multitudinem timeri, ex qua tributorum campi dilatentur, magno augmentum virium additamento. Sed & Cæsar, pluribusque Principibus, quin & ipsi Galliarum Regi, si præter spem suppressi se contingeret, imponi necessitatem, ut levarent. Et scire se, Sueciam haud alienam esse. Inter ea mentis oblectamenta distracto Principi-

Tandem variorum Legatione pax persuadetur. Tandem pe, Caduceatores fatis coram notabant pro curandæ pacis difficultatem. E contra demùm perpendi consideratiùs rogant. Et hoc profligari semel hostium copias, num propterea exhausti sint Batavorum thesauri, vel ita vires accisæ, aut extenuatæ Confœderato-

rum ditiones, ut ex iis non possit brevi coalescere potentia longè major? Et neminem hodiè reperiri, quantumcunq̃ fautorem, qui vel remotè auxiliij quidquam ostentare aufit, aut velit. Ipsam in societate Britanniam promissæ opis, menstruique subsidij immemorem, certè noxiæ tarditatis inculari. Spem ex necessitate conceptam adeò debilem censerì, ut inter eam rerum humanarum varietatem, nemo prudens, relicta ancipite, viam non suadeat securiorem. Tandem igitur *Wiedenbruckio* postremum redeunte, in pacem Conciliatorum arbitrio concinnandam descendit, sed ea libertate, quam peritiores à necessitate vel coactione haud discernunt.

Vix ille *Clivos* pedem refert, dum nunciatur *Tempeliss* Caroli Britanni Legatus adventare. Jussu mox *Christophori Bernardi*, armatorum facilè quindecim millia è vicinis præfidiis educuntur, & venienti Legato obviam procedunt. Eâ stipatus coronâ per *Dicecesin* ducitur. Et ipse Princeps horæ iter ab Urbe obvius, suâ exceptum sellâ, tantum inter comitatum, tormentorumque lateboantium fragorem, magnificè *Monasterium* introducit. Tam Legatus militem cum admiratione laudavit, quam fassus est, sensus experimento sibi jam constare, impensum haud otiosè subsidiarium æs Britannum. Ad-

1666.

96.

Legatus
Angli-
cus.Cum
pompa
exceptus

Zz 5

ven-

1566. ventus causa fuit, ut à pace Principis animus
 dimoveret. In Angliam famà perlatum,
 Prose- diversis Principem urgeri ad pacem cum
 cutionem tis Provinciis seorsim conciliandam. Nolle
 belli ur- sperare Regem à socio, cujus amicitiam
 get. ac felices armorum progressus magni habitum
 ostendat; quin potius eadem animorum
 spiratione bellum adversus communem hostem
 utrinq; gloriosius continueretur. Britannis
 minà jam nauumachià superiores evasisse,
 majora calorum beneficio expectari. Honoris
 ficam magis ac longè utiliore sponderi pacem
 ab amici Regis autoritate, & adminiculo
 Etorianum, quam se junctus sperare possit ab aliis
 nis, certè invidia obtrusam. Christophorus
 Bernardus laudato Regis affectu, in eas huius
 obscure dolet angustias se dilapsam. Spe
 xiliaris ex Anglia militiae frustratum. Pro
 missos Legatione Regià adjuutores, aut certe
 non obfuturos, hodiè fateri se hostes. Co
 saris & Hispanorum favores evanuisse. Se
 quod caput, sponsa lege scederis subsidii
 plures jam menses desiderari, quorum spe
 tantum authorare militem animus erat, ut
 spreto qualicumque hostium numero ab omni
 se necessitate faciliùs explicasset. Legatum
 excusato ob ingruentem tunc hyemem auxi
 liarium copiarum defectu, sanctè nunc spe
 det propediem adfuturas, per Anasim, Dul
 larti, aut Frisij maris littora, Monasterien
 bus
 mil
 liter
 vi d
 nà j
 ac p
 lium
 H
 cep
 Leg
 rem
 han
 id, e
 tum
 part
 ptar
 Ber
 dina
 mag
 Co
 Cur
 tum
 qua
 qua
 quo
 iniq
 brat
 sub
 hon
 mer

Aureis
 pronissis

bus certò sociandas. Eum interim videre se militiæ statum, ut tantisper bellum etiam utiliter trahi possit. Et ne quid in posterum nervi desit, priorum mensium defectus omnes unâ jam solutione, statim suppleturum Regem; ac præterea centum, imò ducenta Imperialium millia anticipatò numeraturum.

Haud obturatis auribus percepit hæc Princeps, quin expedito mox cursore suos *Clivii Flactus* Legatos monet, ne utiquam tractatus maturent, minimè verò absolvant, sed dextrè trahantur, donec aliud ipse imperarit. At vero, dum illi tribus jam antè Tabellarij adventum horis, interpositione Conciliatorum, partiumque voluntate conclusam, subscriptamque pacem respondent, *Christophorus Bernardus*, quantumvis impatiens, Legatum dimisit, tam dimisso, quam dimittente, rerum magnarum spe frustratis. Persuasus postea, (quo nescio spiritu) inferente *Clivii* pedem cursore, inter partes quidem de pace conventum, at necdum tabulis subscriptum fuisse, quam ex eo concepit indignationem, vix unquam verè deposuit, propè recrudescentem, quoties injecta fuit mentio istius pacis, velut iniquæ, me coram, Legatis non semel exprobrata. An apprehensum patriæ periculum subscriptionem extorserit, an constantiæ de honestamentum, (si quidem, quod Legati tamen continuo pernegarunt, ita se res habuisset)

*Quam-
cumvis
ingrata.*

1666. set) nos in medio relinquemus. Dies erat
 quo Dominicæ cenæ memoriam colit Ec-
 clesia, & post consecratum de more christum
 unâ & verè soli prandebamus, quando tabulæ
Monasterium perferebantur. Certum est
 paucos tunc stimulos omninò potuisse, ut
 quas initio rejiciebat, facilè nunquam
 habuisset. Sed ea videbatur evidentia per-
 euli & magnitudo, ut firmatam pace securi-
 tem præstaret amplecti, quam dubios inter-
 tem evontus incertum porrò tentare. Ta-
 dem igitur obluçtante quamvis animo,
 compositus acquievit. Et hic tenor pax
 98. *Pax Ba-* rum evontus incertum porrò tentare. Ta-
tavo- dem igitur obluçtante quamvis animo,
Monas- compositus acquievit. Et hic tenor pax
steriensis erat.

Notum sit unicuique hisce presentibus, quod
 cum anno proximè elapso orta sint quædam
 Adia inter Celsos & Præpotentes Dominos Or-
 nes Generales Fœderatarum Belgij Provincia-
 rum ab una, & Reverendissimum ac Celsissi-
 mum Dominum D. Christophorum Bernardum
 Episcopum & Principem Monasteriensem
 ab altera parte, quæ eousq; increverunt, ut
 modo in apertum bellum exarserint, sed & pe-
 riculum fuerit, ne se ad vicinas etiam Regna
 præcipue verò ad Romani Imperij Terres & Di-
 riones extenderent, easq; suis incommodis &
 damnis involverent, nisi in tempore profusa
 esset, quo dicta dissidia, eorumq; calamitates,
 vicula & sequela viâ amicabili componerentur,
 tandem divinâ bonitate factum esse, ut medi-
 tibus

ribus, annitentibus, & operam suam conferentibus, Romanorum Imperatore, Rege Christianissimo, Sacri Romani Imperii Electoribus, Moguntino, Coloniensi ac Brandenburgico, & Principibus, Episcopo Paderbornensi, Palatino Rheni Neoburgico, Ducibus Brunsvico-Lunaburgicis Wulffenbuttano & Calenbergensi; de pace sit suscepta cogitatio; in eumq; finem Domini Ordines Generales uniti Belgii, ad tam bonam metam collimantes commiserunt ac deputarunt Nobilissimum & strenuum Dominum Hieronymum à Beverningh in confessu Dominorum Ordinum Generalium Deputatum ab una: & praedictus Dominus Episcopus & Princeps Monasteriensis ab altera parte, Admodum Reverendum & Generosum Dominum Matthiam Korff conditum Smising, nec-non Nobilissimum ac strenuum Dominum Bernardum à Wiedenbruck, respectivè Ecclesiarum Cathedralium Monasteriensis & Hildesheimensis Decanum & Thesaurarium, & praedicti Domini Episcopi intimos Consiliarios, ac Judicij Aulici Monasteriensis Praesidem, qui vigore sufficientium mandatorum & necessariorum Procuratorum (quorum Apographa sub finem hujus instrumenti de verbo ad verbum inserta sunt) in mutuas Pacis & amicitiae leges consenserunt & convenerunt tenore sequenti.

I. Pax sit perpetua & constans inter Celsos & Praepotentes Dominos Ordines uniti Belgii, & Reverendissimum ac Celsissimum Dominum Episcopum & Principem Monasteriensem, eaq; sic colatur & servetur serio, ut mutuis sibi invicem commodis studeant, & omnia humanitatis, bonaq; vicinia officia praestent.

II. Sit omnium utriusq; actorum Amnestia, & perpe-

sua oblivio eorum, quæ ab una vel altera parte facta sit, ita ut nec eorum, nec ullius alterius causâ vel pretextu, nec alteri posthac quidquam hostilitatis, molestia vel impedimenti inferat, molietur, aut in detrimentum vel in judicium alterius tentet, aut tentari faciat: sit etiam molestia hæc universalis, ratione omnium eorum, qui ad alteri parti adhaeserunt, exceptis iis, qui proditoris arguantur, ita tamen, ut illis via juris utriusq; aperta, & liberisq; & heredibus bona salva maneam, Dominus Episcopus nemini Vasallorum ex occasione & causâ Belli investituram tam ab Episcopatu Monasteriensis, quam Abbatia Corbeiensis dependentem negabit, neq; ob præfensionem aut lites protrahet aut differet; quod idem in parte Dominorum Ordinum in similibus casibus recipi observabitur.

III. Porro Dominus Episcopus Monasteriensis & illico pace factâ Dominis Ordinibus Generalibus foederati Belgij restituet omnia ea loca, nullo reservata, quæ durante hoc bello occupavit, & quæ ex eisdem in potestate tempore conclusionis invenientur; eaq; omnia eo statu reddet, quo tempore restitutionis erunt, præterquam etiam Castrum & Oppidum Borculo, & insuper promittet, se durante hoc negotio, & à die ultimo mensis sedulo curaturum, ne interea in prædictis locis occupatis suo facto vel mandato, quidquam deterius reddatur, à subditis aliquid amplius vel pro redimendis ab aliis, sub aliorum belli onerum pretextu, quocunq; demum nomine fiat, petatur aut exigatur; sed o contra providentis modis omnibus, ut in eo statu conserventur, quo die nominato fuere, & si quid contrarium interea actum,

bona fide resarciet, & in priorem illum statum suæ impensis restituere; eumq; in finem utrinq; liberum sit, Commissarios aliquot, si velint, quam-primum ad præfata loca mittere, qui curent, ne quid contra tenorem huius articuli quis attentet.

IV. Curabit in super bona fide, ut miles omnis, qui præfato tempore in prædictis locis reperietur, ex iis omnibus & quidem generaliter ex universo Territorio Dominorum Ordinum Generalium abducatur; liberum autem ei transitum per territoria sua, modo necessarius sit, Domini Ordines Generales pollicentur, ita tamen, ut breviori & commodiori, qua fieri poterit, viâ, eaq; quam præsentis Commissario præscribent, ad Territorium Monasteriense transeat, nec spoliū ullum aut bona deperdata secum auferat, nec vim aut damnum quodcumq; incolis in eo transitu inferat.

V. Vicissim Domini Ordines Generales bona fide promittunt, nullum actum hostilitatis à die vigesimo quarto Aprilis contra Dominum Episcopum, aut eius Episcopatum Monasteriensem exercituros, & si quid contrarium actum fuerit, se bona fide resarcituros.

VI. Domini Ordines Generales ex Territorio Domini Episcopi Exercitum suum, omnemq; militem abducent, qui tum temporis ibidem in expeditione aut statione reperietur; eodemq; modo liber iis transitus concedetur, si necessarius sit, nec vim aut damnum quodcumq; Incolis eo transitu inferat, nec spoliū ullum aut bona post prædictum diem deperdata secum auferat. Captivi etiam huius belli, cuiuscumq; conditionis sint, utrinq; sine soluto pretio seu lytro, liberi dimittentur, solutis solummodo debi-

sis in captivitate ab iis legitime contractis; nec exigent
posthac, quod à prædictis captivis aut etiam durante
bello ab unius vel alterius incolis extortum, & promissum
quidem, sed prædicto die vigesimo quarto Aprilis non
præstitum fuerit: & cum ab una vel altera parte in
sint contributiones ad certas summas pro personarum & lo
corum securitate, singulis mensibus aut septimanis per
venda, ea secundum normam & regulam, de qua cum Or
pidorum aut Pagorum Commissariis, aliisve quibuslibet
conventum est, ad ultimum usq; diem huius mensis Apr
lis, nec ulterius persolvantur.

VII. Conventum est, ut Dominus Episcopus Ecce
cum suum statim subsequatâ ratificatione huius tractat
dimittat, retento solummodo eo milite, qui firmandis pro
fidis & ad securitatem Provinciae suae necessarius est
quod cum Domini Mediatore, & ipse Dominus Episcopus
iudicent, fieri posse cum tribus millibus, ita & ille promi
tit, se illum numerum non excessurum; & quod in posterum
novum militem non conscribet, nisi id necessitas & securi
tas Imperij & Circulorum, vel etiam foedera huic Tra
ctatui non contraria requisiverint aut postulaverint; idq;
insuper non aliter, quam secundum Imperij Constituti
ones, Instrumentum Pacis, & Jura Principum, quibus Do
mini Ordines per hoc nihil derogatum volunt.

VIII. Renunciabit insuper Dominus Episcopus omni
bus & singulis Fœderibus huic Paci contrariis, & nunquam
se de novo contra Dominos Ordines Generales cum aliis
Principibus aut Magnatibus devinciet, neq; eorum Remp
novo unquam bello adoriatur.

VIII. Renunciabit insuper Dominus Episcopus omni

bus & singulis Fœderibus huic Paci contrariis, & nunquam se de novo contra Dominos Ordines Generales cum aliis Principibus aut Magnatibus devinciet, neq; eorum Remp. novo unquam bello adorsetur.

IX. Ut & ad reciprocam Domini Episcopi securitatem Domini Ordines Generales declarabunt, quemadmodum declarant hisce presentibus, se deinceps nullis omnino fœderibus obstrictos fore, qua huic paci sint contraria, ejusve scopum aut effectus aliquomodo possint impedire; bonâ etiam fide promittunt, se per actio hujus Tractatus negotio nihil unquam hostile sub quocunq; pretextu, vi aut armis contra Domini Episcopi personam, aut contra Episcopatus Monasteriensis Territoria molituros, neq; unquam se contra eundem, aut ejus Episcopatum cum aliis Principibus aut Magnatibus devincturos.

X. Confœderati etiam & Amici hoc Tractatu comprehenduntur, & nominatim ex parte Dominorum Ordinum Generalium, Serenissimus & Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus Fridericus Tertius, Dania, Norvegia, Gothorum & Vandalorum Rex &c. Serenissimus & Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Georgius Wilhelmus Dux Brunsvicensis & Lunaburgensis &c. Reverendissimus, Serenissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Ernestus Augustus, Episcopus Osnabrugensis, Dux Brunsvicensis & Lunaburgensis &c. Serenissimus & Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Christianus Albertus, Heres Norvegia, Dux Slesvici, Holsatia etc. Illustrissimus Comes ac Dominus, Dominus Antonius Gunterus, Comes in Oldenburg etc. cum omnibus Regnis, Ducatibus, Comitibus, Ditionibus, Re-

gionibus & Terris, quæ jam possident, aut in posterum possidebunt, simul & eorum incolis & subditis: Et ex parte Domini Episcopi Monasteriensis, Sacra Cesarea Majestas & Romanum Imperium, ac Confœderati Rhenani, aut ex illis vel aliis amicis includi voluerint, & duorum trium mensium spatio se includi velle declaraverint, cum omnibus Regnis, Ducatibus, Comitatus, Ditionibus, Regionibus & Terris, quæ jam possident, aut in posterum possidebunt, simul & eorum Incolis & subditis. Similiter includantur utriusq; partis Duces & Præfecti militia, nominatim Illustrissimus Comes ac Dominus, Dominus Georgius Fridericus Comes de Waldeck cum suis Comitatus & Terris, idq; eo cum effectu, ut de omnibus & singulis in iis contentis absolute gaudeat, eodem modo & eodem jure, quo ipsæ partes Principales, ita tamen, ut si inter partes prædictas, illarumq; Confœderatos & comprehensas sit aut controversia quedam aut jam sit, aut deinceps oritura fuerit, illa hinc inde non aliter, quam via amicabili, aut secundum jus & Constitutiones Imperij absq; viâ facti aut armorum strepitu determinetur.

XI. Quantum ad Dominium de Borculoa, Domini Ordines Generales non desiderant, ut ratione juris sive directi Domini, sive utilis, per hunc Tractatum aliquid mutetur, sed maneat hoc jus in eo statu, in quo fuit ante hoc Bellum: Renunciat vero præfatus Dominus Episcopus juri superioritatis in dicto Dominio de Borculoa cum suis dependentiis cum consensu Capituli, ita tamen ut ista renunciatio non præjudicet juri Imperij, sed illud per omnia saluum maneat, quod ipsum tamen inter Imperatorem & Dominos Ordines non nisi amicabili aut aliâ viâ utriusq; bene visa decidetur.

XII. Uti & utrinq; omnibus ac singulis prædensionibus, quacunq; tandem illa sint, vel esse possunt, porro Dominus Ordines Generales & Dominus Episcopus, etiam consentiente prædicto Capitulo Monasteriensi, bonâ fide renunciant, ita ut præsentî hoc Tractatu pro extinctis habeantur.

XIII. Nunquam post hac Dominus Episcopus, vel ejus Successores sub quocunq; prætextu, vel ex quacunq; causa, neq; per se, neq; per sibi incorporatos & subiectos, causis ad Dominos Ordines Generales Confœderati Belgij, ejusq; incorporatos & subiectos pertinentibus se immiscebit, neq; in posterum contra illos arresta & repressalia decernet, vel executiones rerum judicatarum impediet, & si qua controversia præter spem inter prædictos Dominos Ordines & Dominum Episcopum, ejusvè successores unquam orientur, non alio quam amabili modo, vi Guarantia super hoc Tractatu præstita componantur; Privatorum verò lites semper ad Judicem competentem remittantur, earum autem vel etiam cujuscunq; alterius prætextu & causâ, nunquam contra Dominos Ordines Generales, ejusvè incorporatos & subiectos, armis, vi, aut factò ipso aliquid attentabit; idem Domini Ordines Generales Confœderati Belgij pro se & omnibus sibi incorporatis pollicentur atq; promittunt; quem in finem utraq; pars paciscens tenebitur, quemadmodum se teneri velle hoc ipso se obstringit & obligat facturum, ut omnibus & singulis partibus in Judicio litigantibus, absq; morâ et ullo personarum respectu justitia administretur.

XIV. Ad majorem prædictorum cautelam, et securitatem Romanorum Imperator, Rex Christianissimus, Electores Moguntinus, Coloniensis et Brandenburgicus, Episcopus

pius, Paderbornensis, Princeps Palatinus Rheni Neoburgi-
cus, Augustus et Joannes Fridericus Duces Brunsvicensis
et Lunaburgenses, usq; dum plures ad eandem requirantur,
super hoc Tractatu, et omnibus ac singulis ejus Ar-
ticulis Guarantiam, solenni et meliori forma vigore specu-
lis desuper confecti instrumenti promittunt, ita ut si una
vel altera pars huic Paci, ejusq; articulis non satisfecerit,
vel iisdem quocunq; tempore in quocunq; capite contrave-
nerit, obstricti esse velint, eam non solum auctoritatum et
dignitatum suarum interventione, sed et omni ope et me-
dis sufficientibus ad implenda et servanda pacta compul-
suros.

XV. Item conventum est, et utrinq; placuit, quod pra-
sens Tractatus, atq; omnia in eo contenta et conclusa a di-
ctis Dominis Ordinibus Generalibus Foederatarum Pro-
vinciarum, et dicto Domino Episcopo et Principe, simul et
a Capitulo Monasteriensi per parentes utriusq; partis liti-
tas sigillo magno munitas, debita et authentica forma, in-
tra quindecim dies proxime insequentes, aut citius, si fieri
poterit, confirmabuntur, et ratihabebuntur, mutuaq; in-
strumenta intra praedictum tempus hinc inde extrahentur,
et concedetur hunc in finem illis, qui extraditionem istam
facient, salvus conductus, qui hoc ipso pro concessio habe-
bitur, fietq; a die praedicta extraditionis Militum exau-
ditoratio, prout articulo septimo conventum, nec ab exau-
ditatione cessetur, donec illa perfecta fuerit, quod ab
intervallo, et intra quindecim dies a praedicto die compu-
tandos absolvi debet, nec non et Tractatus hic statim a tra-
ditis et permutatis Instrumentis, forma et loco solis publi-
cabitur.

In quorum omnium fidem prænominatus Celsorum & Præpotentium Dominorum Ordinum Generalium Deputatus Extraordinarius, sicut & prænominati Reverendissimi ac Celsissimi Episcopi & Principis Monasteriensis Deputati Extraordinarij, vi & vigore prefatarum suarum commissionum & mandatorum, manibus propriis subscripserunt, & sigillis suis muniverunt. Actum Clivis ipso die Palmarum, qui est decimus octavus Aprilis An. 1666.

H. Beverningh.

(L.S.)

Matthias Korff dictus

Smisingh. (L.S.)

Bernard à Wiedenbruck. (L.S.)

In supradictorum omnium fidem infrascripti Domini Plenipotentarij non solum hoc Instrumentum subsignatione sua communiverunt, sed insuper etiam promiserunt, sicut & ipsi promittunt, quod spatio sex septimanarum Guarantia seu Manutionis affecurationem in tali forma prout conventum, & à dictis Dominis Plenipotentariis, ipsis partibus paciscentibus extraditum, propria Dominorum Committentium suorum manu subscriptam exhiberentur abant. Actum Clivis eodem quo supra die Palmarum, qui est 18. Aprilis Anno 1666.

Joannes Baro de Goese Sacra Cesareæ Majestatis Plenipotentarius.

Colbert Sacra Christianissimæ Majestatis Plenipotentarius.

Melch. Fridericus Liber Baro de Schönborn.

Henricus Batz Doctor & Christophorus Gudenus Doctor Plenipotentarij Electoris Moguntini.

Petrus Buschman Plenipotentarius Electoris Coloniensis.

1666. Otto Liber Baro à Schwerin, & Wernerus
Wilhelmus Blacspiel Plenipotentiarj Ele-
ctoris Brandenburgici.

Casparus Philippus à Ketteler. Joannes Ad-
phus Liber Baro de Furstenberg. Conradus
Meinders Doctor. Consiliarij Episcopi Pa-
derbornensis & Plenipotentiarj.

Franciscus de Giese Plenipotentiarj Ducis
Palatino-Neoburgici.

Fridericus ab Heimbeck, Augusti Ducis Brun-
suicensis & Lunaburgensis Plenipotentia-
rius.

Otto Grote & Ludolphus Hugo, Joannis Fri-
derici Ducis Brunsuicensis & Lunaburg-
ensis Plenipotentiarj.

Articulo supra quinto conventum erat, ut
post diem Aprilis vigesimum quartum ab om-
ni hostilitate se continerent partes, & si quid
secus actum fuerit, id bonâ fide refarcirent.
Postularet autem æquitatis ratio, ne loca oc-
cupata ante restituantur, quam actus cessent
hostilitatis; quod dies vigesimus quartus in
provigilium Paschatis incideret, terminus is
in diem vigesimum septimum partium con-
sensu extensus est, ac tum omnem quoque
militem ex dictis locis absque ulteriore mo-
râ abducendum esse. Ita post expeditas pa-
cis tabulas privato tractatu, eodem tamen
die, inter pacifcentes convenit.

Stante hac Clivensi dixtâ Georgius Wilhel-
mus

mus & Ernestus Augustus Episcopus Osnabru-
 gensis *Duces Brunsvico-Lunaburgici* præsen-
 tium isthic Legatorum operam implorave-
 rant, ut quæ super Præfectura *Harpstettensi*, ac
 limitaneis quibusdam pagis in *Vechtensi* satra-
 pia, ipsaque Civitate *Huxariâ* Domui Brun-
 suicensi cum Monasteriensi Episcopo sint
 controversiæ, eorum pariter interpositione
 componerentur. Hoc ipso quoque Palma-
 rum festo transactum est, ut quidquid hodiè
 sit dissensionum, aut eas inter partes aliquan-
 do enasci contigerit, amicâ solùm vel juris viâ
 fopiat. Et insuper declaravit Monasteri-
 ensis Antistes, id *Huxariensibus* se concessu-
 rum, quod *Westphalicæ* pacis, ejusdemque
 executionis lege deberetur. Eum in finem
 partium Ablegatos intra bimestre congrega-
 tum iri, statuturos, quod juris & æquitatis ra-
 tio postulârit. Sin minùs fortè tunc conve-
 nire possint, à vi tamen & armis utrinque
 Principes in posterum se continebunt.

Inter arbitros ferè primus fuit *Guilielmus*
Ego Princeps Furstenbergius Agrippinatis O-
 ctoviri Legatus, qui nunc est in Argentinensi
 Pontificatu Germani Fratris *Francisci* Ego-
 nis Successor, & in Purpuratorum Senatu
 Cardinalis. Inter subscribentes non me-
 moratur, quod negatâ, quam suaferat, sub-
 scribendi normâ, omnem postea subscriptio-
 nem studiosè declinârit.

A 2 a 4

Non

1666.
 99.
 Contro-
 versia
 Brunsvi-
 co-Mo-
 nasteri-
 ensis.

Ad ami-
 cam con-
 cordiam
 rejiciun-
 tur.

1666. Non multò post, pactam ita pacem *Christo-*
 100. *phorus Bernardus* ratam habuit, & suo, sui-
Pacis que Cathedralis Collegij sigillis roboratam,
Ratifi- Ordinibus extradendam, commisit Henrico
catio. *Bruchausio* Secretario intimiori, qui & *Hol-*
gam-Comitis sub principium Maij pertulit,
Syburgius contra Legationis Clivice Secre-
 tarius pari formâ approbatum à Rep. pacis
 instrumentum, manu *Nievenij*, tunc in *Ost-*
 num confessu Præsidis, ac *Ruyfchy* Reip. Gra-
 phiarij signatum, subscriptumque ac majori
 Reip. sigillo munitum, sexto Idus Maij *Coes-*
 veldia Principi consignavit.

Vix Monasterio in Hollandiam discesse-
 rat *Bruchausius*, cum è Sueciâ redduntur li-
 teræ, quæ adversus Batavos opem offerunt, sex
 millia armatorum. Has sanè si pertulisset ante
 Tabellarius, magno Principi fuissent protra-
 hendæ pacis tentamento. Nunc verò post
 oblatos seriùs favores, commutatis utrinque
 tabulis, per unitas Provincias & Monasterien-
 sem quoque Diœcesin promulgata, militum
Dimissio exauctorationem acceleravit. Hispanus Bel-
militum. gij Gubernator, operâ Legati, plures à Mo-
 nasterienâ Legionem expetivit, quæ tandem
 Hispaniarum Regi transcriptæ, Ductore *Pla-*
ronio, in Brabantiam transiêre. Gallis etiam,
 quorum præsentia jampridem Belgas tæde-
 bat, per Eburones in Regionem suam rede-
 untibus; *Patres Societatis*, annitente cumpri-
 mis

mis Electore Brandenburgico, quos nuper c- 1666.
jecerat innocentia, *Embricam* revocavit. 101.

Hæc inter emerferant dubia quædam ac *Conven-*
difficultates, circa residuum tributis onus, di- *tio Nort-*
missionem captivorum, rataque pacis execu- *hornana*
tionem; quæ, ne in litium novarum semina
valerent, partium consensu, in amicam *Nort-*
borna compositionem rejecta sunt. Civitas ea
est in Comitatu *Benthemensi* sita. Isthic vige-
simâ secundâ Julij pro Confœderatis Ordini-
cus fuit se *Vittius Dorderaci* Senator; El-
bertus Antonius *Palantius* de *Oesterveeen*,
Dynasta in *Ham & Voorst*, ac Rudolphus
Pafferodius Ex consul *Gorcummiensis*, ex Or-
dinum Generalium & Concilij *Reip.* confessu
Delegati. Vice Principis *Monasteriensis* Jo-
annes *Beveren* de *Tvickel* *Rheinanus*, & Ca-
rolus *Othmarus* de *Grothaus* *Cloppenburgicus*
Satrapæ, *Wiedenbruckius* & *Ravius* Consi-
liarij comparuerunt, qui & post dierum pau-
corum disceptationem in sequentia capita
convenère.

Notum sit universis, cum circa Pacem inter
Celsos ac Præpotentes Dominos Ordines Generales
Provinciarum Fœderatarum Belgij ex una, &
Reverendissimum & Celsissimum Dominum,
D. Christophorum Bernardum Episcopum &
Principem *Monasteriensem* &c. ex altera parte
die decima octavâ mensis Aprilis hoc anno con-
clusam, quædam dubia & controversia incide-

rent, quas pro stabiliendâ utrinq; amicitia & fidâ vicinitate mature sopire, utriusq; partis interesse visum est, de his ex vero dicta pacificationis sensu, declarandis atq; exequendis per Deputatos partium Northornam Ablegatos sequenti modo conventum esse.

I. Quod articulo sexto instrumenti Pacis de Capiti-
hujus Belli, cujuscunq; conditionis sint, sine lytro dimittendis, solvendisq; solummodo legitimis eorum debitis in captivitate contractis dispositum, id ita declaratum est, ut capivi omnes, nullo penitus excepto, sine omni discrimine, illi civiles, si vè militares sint, prædicto modo illico liberi mittantur. Cum autem de debitis durante captivitate mortuorum & fugitivorum persolvendis conveniri non poterit, eo quod ex parte DD. Ordinum cum personarum distinctas atq; abolitas eorum obligationes, & si quid præterea inde debeatur, id prosperato lytri commodo ad omni Domini Territorialia pertinere præsumitur. Ex parte vero Celsitudinis sue excepti sint, qui spectatâ sustentatione publicâ, specialia & privata sibi alimenta pacti, datis fidejussoribus, quos ante expletam promissorum fidem non dimittendos justum videbatur, Celsitudo sua istos fidejussores quidem ex arresto dimittet, nihilominus Eadem gravatam sentit, quod post factam ex sua parte solvendorum summam oblationem, dimissosq; bonâ fide captivos, fidejussoribus solummodo retentis, à DD. Statibus Generalibus verò Captivi hucusq; detenti & inde graves expensa causata sint, quod ad declarationem DD. Guarantorum remittitur.

II. Eodem dicto articulo comprehensus §. Et cum ab una vel altera parte &c. usq; ad finem ita declaratus sit, & maneat, ut nulla contributiones restantes deberi intelligantur.

ur, nec exigende, aut solvenda sint, nisi de quibus ad certam summam & modum singulis mensibus aut septimanis pro personarum aut locorum securitate persolvendis debite & expresse conventum: quem in finem alie memorata partes principales intra proximos tres menses sibi invicem mittant designationem locorum, qua hac obligatione teneri putabunt, ut quod predicto modo pro securitate prestita deberi agnitum fuerit, secundum expressam conventionis normam, qua ultra conventa extendi non poterit, solvatur: idq; solo jussu & executione Domini Territorialis debite requisiti: illiquidis ad DD. Guarantores Pacis remissis.

III. De damno post terminum pacis, seriore evacuatione quorundam locorum, aut alio modo per Officiales & milites Celsissimi Principis Monasteriensis dato, quod supra modum & quidem ad quadraginta mille florenos extendere nituntur Deputati DD. Ordinum: varie quidem hinc inde disceptatum, dum ex parte Celsorum & prapotentium DD. Ordinum ex articulo tertio, in verbo, Quodcunque damnum &c. & ex die evacuationi precise dicta Serenissimam Celsitudinem ad id refundendum obligatam, creditur. Ex parte vero sue Celsitudinis protracta DD. Ordinum ratificatio & mora illorum subditorum, qui restantes, debitasq; suis militibus contributiones secundum claram pacis legem solvere detrectabant, eoq; omnis incommodi sereos faciebant; quod laudata sit a Statibus Provincialibus per Colonellum Lutzo observata disciplina militaris, actaque illi sint gratia & per hoc omne, si quid nota bene actum, remissum & oblivioni traditum obmoveatur, & si quid extra has causas damni illatum foret, id ex dispositione & verbis relativis, non aliter quam si facto aut

man-

mandato sua Celsitudini illatum sit, agnoscitur, cum pluribus aliis rationibus utriusque prolatis. Sed cum ob constantem utriusque partis contradictionem & contrarium signum pacis intellectum, contrariasque Deputatorum instructiones hic punctus amicabiliter sopiri nequiverit, suaque Celsitudini se per frequentes militares executiones, Territorij violaciones, subditorum arresta, & injurias ac contumelias in propriam personam illatas gravissime lasam sustinuerit, ad DD. Guarantores, nisi interim DD. Ordinibus, quod spectatur ad factam remonstrationem à sua opinione remittere & per exemplares, severas, delictorumque convenientes penas sua Celsitudini satisfacere visum fuerit, remittitur, non nisi interea violentia, executione, et via facti utriusque cessant.

IV. Cum etiam de Comitatu Frisia Orientalis paci includendo actum, isque à DD. Ordinum Deputatis subvenerit: Concederati & amici &c. pro comprehenso habitum sit, id à DD. Deputatis aliter agnoscere non potuit, quam juxta declarationem sua Celsitudinis ante hac DD. Ordinibus, Electori Brandenburgico, Ducisse Frisia Orientalis perscriptam.

V. Quod insuper querelas quorundam attinet, qui durante, partim etiam finito hoc bello confiscationibus bonorum, aliisque modis laesos conquesti sunt, quamvis DD. Ordinum Deputati ad hos Tractatus pertinentes esse negaverint, in hoc tamen consenserunt, ut quatenus illi ex causa vel occasione hujus belli gravatos se probare poterunt, congruenter pacis legibus restitui, bona eorum uxoribus, liberisque manere salva, de cetero impartialis justitiae administratione coram competenti Judice gaudere debeant.

Northornae die vigesimo octavo July 1666.

Et fuit hæc *Northorniana* transactio, veluti 1666.
 postremum belli *Monasteriensis* complemen- 102.
 tum. De cujus origine, progressu, fine va- *Discur-*
 rius fuit multorum sermo. Non deerant, qui *sus de*
 armorum iniquitatem, certè temeritatem per- *hoc bello*
 stringebant, Episcopi à sociis licet derelicti, & *pace.*
 Leonem ad eò fortem laceffere audentis. Alii
 contra, *Monasteriensem* necessitate pressum
 arma intulisse, bellumque haud vano metu
 imminens, bello suo debellasse. Securitatem
 profectò publicà *Cæsaris*, Regis, tot *Electo-*
 rum ac *Principum* fide, *Diœcesi* assertam, à
 prudentia laudavere. Hanc unam fuisse belli
 scopum. Jus superioritatis in *Borculoam* sub
 umbra juris Imperij tutò conservatum; liber-
 tati verò scribendi militis, per jus Principis
 & fœdera paci non adversantia, satis consul-
 tum esse. Quæ duo per hanc pactiõnem,
 non parùm minuisse *Monasteriensis* auctori-
 tatem, initio videbantur. *Christophorum*
Bernardum auxisse reverà plurimum de se,
 Orbis existimationem, dum primus ipse, quâ
 parte *Fœderati Belgij* Provincias aggressus
 est, opinione facilius penetrari, turbarique
 posse comonstravit. Tandem captasse bel-
 lum, quando debuit, admisisse pacem, quando
 opportunum fuit. Sanè unum contra *Episco-*
 pum *Europam* propè universam moveri vidi-
 mus, vel manifestum egisse hostem, vel spera-
 tam opem subtraxisse. Notati in medium tunc
 pro-

1666. prodire, quotquot à Batavis injurias, damnae
passi, jacturam præstari obtendebant, & ut
promptius impendia ab his reddi, quò cautius
sub id aduersitatem singulorum declinabat.
Ipsam Principem Auriacum Reip. filium
optârunt, quem sagaciores tamen brevi tem-
pore augurabantur. Admiranda fuit hoc tem-
pore Poëtarum Belgij propè totius in Mona-
steriensem Episcopum conspiratio, effulsit
convitia Batavis, in encomia Brabantis.

103. At verò uti multa secum mala bellum
Pestis hit, è confœderatis ita Provinciis in Monas-
Mona- riansem Diœcesin hoc etiam tempore pesti-
sterij. lentiam invexit. Quæ lues dum plura hinc
dè loca corripit, Princeps non ignarus ma-
rem contagione, quam bello terris cladem
Sollici- ferri, haud intermisit curas in hoc omnes con-
tudo vertere, qua demùm humanâ ope susteret
C. Bern. valescens malum. Eo sine non pauca præ-
clare ordinavit; sed quod peccatis hominum
immittat hujusmodi flagella iratus justè Deus
ea tunc authore me, & jussu Principis, & as-
sensu Collegij Cathedralis, placando Numi-
ni ccepta est devotio, quam statis per hebdo-
madam diebus, in qualibet Civitatis Mona-
steriensis æde Parœciali, piè gaudeo, pari
animorum fervore & constantiâ hodiè
continuari. Princeps verò sub ea contagio-
Qui ne, commissâ Nobis curâ Diœcesis, Corbeia
Corbeia am discessit, ibidemque reliquum anni trans-
abit. egit;

egit; quem tot præfagiis multi adeò prodigiosum, imò plurium fide, mundi postremum ridiculè fuerant ominati. Sanè tam delira vidimus quorundam ingenia, qui ex illo Vatis Apocalyptici (cap. 13. vers. 18.) *Qui habet intellectum, computez numerum bestia. Numerus enim hominis est: & numerus ejus sexcenti sexaginta sex. Christophorum Bernardum, contorto malè sensu, Antichristum voluerunt. Quod enim is ex mente interpretum habiturus sit nomen, in quo numerus senarius triplex (666.) vel sexcenti sexaginta sex, arithmeticè continebuntur: & hunc numerum complecteretur Episcopi Monasteriensis nativum nomen: ChristophorVs BernarDVs GaLenVs: sive juxta vernaculum idioma: ChristophorVs BernarDVs Von GaLen: fuère in Hollandia, ritè creditus est Antichristus esse. Sed quod Lutheri & Calvinii assèctæ Romanum Pontificem hanc bestiam jam olim creârint: & hoc ipso anno Professor quidam Lugduni Batavorum, edito in vulgus libello, Turcam eum assereret; ut veriozem sacri Codicis sensum taceamus, nimis perspicuum est, otiosum fortè blateronem aut ex factionibus quempiam, hoc nominis dehonestamentum Christophoro Bernardo per calumniam gratis affinxisse.*

FINIS LIBRI QUINTI.

INDEX.